

TELLA DE MODO
CONCIONAR



ui

Pieos. & Sanctos. Oros. Deos. Hebreos. in fort
itatem. & immortalit. Eleazar & mifurare
Hoc & nobis.

Omnia si perdas Christum servare memeto

Quem si perdis non erit illa salus

Qui quid agis prudenter age et
respicce finem.

O quam practari flores, Virtus.

scientia, Mores

Dicunt qui nescit, discendo sapientia crescat.
Crescit et angetur si longior subs habebatur.

Monasterium quod in spiritualibus bene regatur
In temporalibus optimam proficeretur.

Non est enim vivo consideranda est sed virtus

Mores est genera virtutibus.

Vicia Ignorantia, Greca.
Sermo Infantia
num. Littera clamorositas.
Somnolenta locutio.
Digitorum demonstratio.
Capitib ractacio.

Digroffio remota.

Goristius.

Quicq dolim Reges electi
Lachini

Deo bono natus natus copia
Dux ille mifurare.

R. P. FR. DIDACI
STELLAE
HISPANI, OR-
DINIS MINORVM RE-
GULARIS OBSER-
VANTIAE.

De modo concionandi liber.

Item, explanatio in Psalm. CXXXVII.

Super flumina Babylonis:

Fr. Laurentius Steckewerfido. Observaria minorum
Gloriae et misericordie. Radom. 1686.



23538

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIU M
SANDOMIERSKING

procella f. Coloniae ad S. Casperiu[m]
C O L O N I A E.

In officina Birckmannica; sumptibus
Arnold. Mylij.

Anno M. D. LXXXVI.

Cum gratia & privilegio Sacra Cesareae Maiestatis.

23530

BIBLIOTEKI
MUSEI ARZUM
DOMINI FRANCISCE GO



ILLVSTRISSI-

MO ET REVERENDISS.

D. CAROLO CARD. S,
PRAX EDIS,

ARCHIEPISCOPO
MEDIOLANEN.

Domino suo Colendissimo.

IBELLVS Clarissimi Theologi Fr. Didaci Stellæ, qui Modus concionandi inscribitur, doctis pjsque viris eiusmodi visus est, ut si in Italia imprimetur, non paruam verbi Dei concionatoribus allaturus esset virilitatem. Id cum per me conficiendum putasse, Illustrissimam quoque & præclarissimam Ampli. tuam delegi, cui librum dicarem; tum ut aliqua saltē ex parte ostenderem, quantopere eam colam et obseruem; tū quia neinini magis conuenire videbatur de ratione concionandi liber, quam ei, qui tot iam annis sacrūm, præclarumque verbi Dei prædicandi munus restituere, & ad antiquam sanctamq; rationem retrucare, non solum & monitis, sed etiā exēplo suo conatur. Ne sperat optimus, & benignissim⁹ Pastor exiguiū, oui culæ suæ fructū, illudq; mihi largiatur (psingulæ beneficij loco ducā) ut me Deo opt. Max. comēdet. Dat. Med. vi. idib. Maij. M. D. LXXXII. II.

Illustriſ. & Reverendis. Ampli. me
Beditissimus seruus

Carolus Ferrarius.

A. 2

APPEND.

APPROBATIO
CVIVSDAM SACER-
DOTIS EX SOCIETÀ-
TE IESV,

Sacræ Theologiæ in Mantuano Carpetanorum
collegio eiusdem societatis professoris.



E mandato regij Senatus, legi
hunc librū, qui: Modus Con-
cionandi, inscribitur: cui anne-
& titur expositio quedā in Psal.
136. à Reuerēdo admodum pa-
tre Didaco Stella ordinis Minorū, viro do-
ctissimo, & egregio verbi Dei declamatore:
& cùm eū diligenter euoluerem, nihil, quod
orthodoxæ fidei aduersetur, reperi. Multa
verò, quæ cum vtilitate maxima, etiā peritis
simi sacri Euangeliū prēcones legere possint,
& quæ, si sedulō lecitauerint, nō minimam
vtilitatem eis afferent, vt cū laude, & exacte
suo fungantur officio. Et ob id dignum cen-
seο, qui semel, & sepius typis mandetur. Man-
tuæ Carpetanorum in Collegio societa-
tis Iesu. 13. Kalend. Mar-
tias, anni. M. D.
L X X V I .

MODVS

MODVS CON- CIONANDI.

De bonitate concionatoris.

Caput I.

 V P E R V A C A N E V M quidem
esset, prædicationis munus com-
mendare, cùm satis, superque à
Christo Domino fuerit com-
mè datum, vt alijs omissis in il-
lo duntaxat se exercuerit. Hoc *Marc.*
egregium & penè diuinum munus prædicant-
di commisit Deus Discipulis suis, præcipiens il-
lis, vt vbique gentium verbum Domini prædi- *Matth.*
carent. Et ad hoc potissimè fuere vocati, vt ho- 4.
minum pescatores, & Prædicatores fierent. Qui
igitur ad tantum, tamque sublime munus (Dei
beneficio) vocatur, primum omnium obseruet
oportet, se magistrū virtutum & exemplar om-
nibus propositum, vt alij boni efficiantur, Vn-
de iure primo omnium in concionatore boni-
tas & integritas vitæ est spectanda. Absonum e-
nim esset & ab omni ratione alienum, vt qui se
magistrum virtutum autumat, in ejisdem in-
strui indigeat. Sutor enim aut quiuis alius mœ-
chanicus artifex suam artē non exercet donec
eam calleat. Non secus verbi Dei concionator,
cuius muneris est alios docere, debet munus
hoc exercere si virtutum inops & vacuus sit.
Sugestum enim ascendens virtutum opulen-
tam officinam aperit, & arma ad vitia oppri-
menda sumit. Vnde D. Hieronymus ad Nepo-
tianum de vita clericorum, & D. Gregorius de

M o n v s

cura pastorali, dicunt, ad hoc officium minime idoneos esse qui virtutibus non sunt instructi. Et licet virtus multis nominibus ab omnibus sit amplectenda: peculiariter tamen eam debet habere concionator, tribus de causis.

Prima ne sibi ascribatur illud Pauli: Qui a-
Rom. 2. lios doces, te ipsum non doces? qui praedicas
non furandum, furaris? Verbi namque Dei au-
ditores irrident praedicatorum doctrinam, quæ
vitæ non consonat, cum aliud docent, aliud ve-
rò præstant. Iuxta illud Gregorij: Cuius vita
despicitur, restat ut praedicatio contemna-
tur. Iudas Iacobi filius nimis audacter Thamar-
nurum suam igni tradi iussit: verum postquam
illa baculum & armillam (quæ erant sui pecca-
ti signa) ad illum misit, miratus confususque di-
Gen. 38. xit: Iustior me est. Et statim consilium muta-
uit, rigidamque sententiam reuocauit. Ioab et-
iam cum nuncium ad Dauid regem mississet,
ut illi aduersum bellum euentum renunciaret, &
militum in accedendo ad murum temerita-
tem significaret, eum sic est allocutus: Si eum vi-
2. Reg. 11. deris indignari & dixerit, Quare accessisti ad
murum? Dices. Seruus tuus Vriias mortuus est.
Cuius delicti memoria fuit in causa, ut Dauid
animi imperium moderaret, & iram cohiberet.
Ignominiosum enim & minus honestum erat,
ut qui tale ac tantum facinus patrauerat, V-
riam præclarum ac nobilem ducem occiden-
do, seruorum leues culpas puniret. Adhiben-
da igitur cautio est, ne, dum aliorum vitia re-
prehendendus, ipse ejusdem vitijs incusandus
venias, sicut Ioab, & Thamar fecere. Carere e-
nim debet omni vitio, qui in alterum dicere
paratus est. Et sic Christus Dominus, illis qui
mulie-

CONCIONANDI.

2

mulierem de adulterio arguebant, dixit. Qui ^{10. 18.}
 sine peccato est, mittat in eam primum lapi- ^{3. Reg. 6.}
 dem. In templo Salomonis emunctoria erant
 auri purissimi: sic concionator, qui aliorum vi-
 tia reprehendit omni vitio & reprehensione ca-
 rere debet, & instar electri purissimi esse. Vnde
 Paulus: Castigo corpus meum & in seruitute ^{I. Cor. 9.}
 redigo: ne forte, cum alijs praedicauerim, ipse
 reprobis efficiar. Cum Redemptor noster do-
 cetrinę suę veritatę Iudeis ostendere vellet, prius
 de se fatur: Quis ex vobis arguet me de pecca- ^{Ioan. 8.}
 to? Qui cum nihil inuenissent, dixit eis: Si veri-
 tam dico vobis, quare non creditis mihi? Nul-
 lam sanè poterant excusationem afferre, illum
 non audiendo: cum ipsius doctrinę veritatem
 & vitę sanctitatem, conuicti fateri cogeretur.
 Ut igitur hoc ministerium aptius exercere pos-
 sis, te virum probū & virtutibus insignitū præ-
 beas oportet: vitia nempe extirpando & virtu-
 tes hominum animis imprimendo, ne quis ea-
 dé tibi vitia obijciat. Quod si talem te gesseris,
 maximos & uberrimos ex ea re fructus percipi-
 es. Magni autem refert ad hoc præstandum, ut
 concionator bene erga populum audiat.

Secunda ratio est, quoniam præcipuus Euau-
 gelicæ promulgationis finis & scopus & qui
 maximè à concionatore debet esse intentus, est
 animarum salus: quod quidē fit si animos alio-
 qui confractos & languentes commoueat, exci-
 tet & inflammet, dum eos ab inueterata confue-
 tudine peccandi euellit, & ad poenitentiam al-
 licet, & ad veram compunctionem & lacry-
 marū effusionē eos trahit. Nefas enim est alios
 ut moueas, nisi te prius ipsum moueas. Gallus
 prius se expergeficit, alis corpus concutien-

A 4 do,

M o d u s

do , quām sublimi cantu alios excitet . Ignis
etiam prius in propinquiora agit, quām in lon-
gē distantia . Eiusmodi spiritus & animi affe-
ctus prius debet te inflammare & commouere:
quām audientium animos incendas . Vocis qui-
dem subiectum auditus est , & verba quæ non
ex animo , sed ex ore dumtaxat prodeunt, ibi
sistunt, neque amplius progrediuntur . Quapro-
pter si cupis ut verba tua vim & energiā habe-
ant, & non solū aures, sed & audiētum animos
pertingant: oportet ut ex animo proferantur,
& ut intrinsecus sentias, quæ alios doces . Cor
enim cor alloquitur , & audientes mox conie-
ctant & sentiunt, quod ex animo loquaris . Tūc
enim concionator mouet, cum ipsius verba qua-
si iaculū cor audientis feriunt & excitant . Num
carbonem nisi ignitum præstes , aduret? Ne-
quaquam . Expedit te, dum alijs prædicas , à
peccati noxa solutū esse . Grauiter enim peccāt,
qui hoc concionādi munus in mortali exercet.
Nam licet recta conscientia sufficiat ad prædi-
cādum sine nouo crimine, ad audientium tamē
affectus excitandos plus requiritur . Propterea
que tibi expedit spiritualem deuotumq; virū
esse , & feruidum & orationis , contemplatio-
nisq; studio vacare: ut ea quæ dicis, spiritu pro-
ferantur, & audientium corda incendas .

Tertia ratio est , ne vincaris à temptationibus
& à persecutionibus, quæ à perfidis & detracto-
ribus hominib. infliguntur: utpote inuidis, ob-
treceptoribus , & improbæ mentis, qui obla-
rant, & petulāti lingua omnes insectantur . Ob-
serua igitur tui muneris esse, animas quæ Dia-
bolo inferuiunt, & quæ sub eius vexillo mili-
tant, in viam salutis reducere . Et insuper, quod
mili-

CONCIÓNANDI.

militas nō aduersus imbellēs & inermes quo^s
que homines, sed aduersus eos, de quibus signi
fer Apostolici ministerij ad Ephesios scribens
dicit: Non est nobis colluctatio aduersus car- Eph. 6.
nem & sanguinem; sed aduersus principes, &
potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū
harum. Vnde aquaque ergo oppugnaberis, hinc
Infernus, hinc deprauatorum & obstinatōrum
adstat caterua, qui maledictis & perulantissi-
mis suis infestantur linguis. Ideoque statim
Apostolus subdidit: Propterea accipite arma-
turā Dei, ut possitis resistere in die malo. Virtu-
tum armis indiges, quibus aduersarij sunt pro-
fligendi: quibus muniri debes, ne ab eis vin-
caris. Præstantissimus omnium concionator
Paulus fuit: & inter omnes Apostolos maximè
exagitatus, & à maledicis quidem oppressus.
Comitatur itaque Euangelicum concionatore
assidua persecutio. Sed beat. Apostolus sicut in
hoc munere reliquos antecelluit, ita oppressus
& tentatus est. Vnde ad Corinthios scribens de 1. Corin. 1.
se dicit: Abundatius illis laboravi. Et alibi eis-
dem dixit. Nolumus vos ignorare fratres de 2. Cor. 1.
tribulatione nostra, quæ facta est in Asia: quo-
niā supra modum grauati sumus, supra virtu-
tem, ita ut tñderet nos vivere. Et in Dominica
sexagesimæ, in qua Ecclesia de prædicatiōis mu-
nere mentionem facit in Euangeliō, ipso die Lue. 8.
legitur Epistola in qua longè lateque labores 2. Cor.
& afflictiones ipsius Euangelice doctrinæ prin- 11.
cipis Pauli enarrantur. Familiare enim est &
maximè consuetum, ut quo quis in hoc mune-
re præstantior est, eo plures illi emulentur. Nec
adhuc visus est concionator egregius atque pe-
culiaris, quin durè agitatus fuerit. Hoç licet

M O D V S

perspicere in Esaia, Ieremia, Ezechiele, Elia,
Michæa, Amos, Athanasio, Origene, Chrysostomo & D. Bernardino, & alijs huius nominis,
qui nimis atrociter fuere persecuti. Hic ultimus fuit coram Martino Quinto Pontif. Max.
falso criminis accusatus, quod faceret populū
idolatrare. Prædicti etiam Prophetæ pro veritate tuenda durissimam mortem adierunt.
Athanasius vero, Origenes, & Chrysostomus in exilium missi sunt, & pleraque alia
opprobria pro ipso veritate tuenda perpetrati sunt. Hac etiam nostra tempestate possemus
quidem adducere quosdam in hoc munere il-
lustres, quos mundus deiecit, illorum nomini
perpetuas tenebras offundendo: ea est rerum
vicissitudo. Quod si ita se res habet, ingens te-
meritas est cum talibus ac tantis aduersarijs
bellum gerere: si nullis neque patientiæ, ne-
que fortitudinis, aut aliarum virtutum præsi-
dijs munitus sis. Periculorum sanè conciona-
toris munus est maximisq; periculis obnoxium:
ideoque oportet, ut ad Deum confugias
& illi semper adhæreat: quandoquidem ad
eum spectat solidas populo veritates prædicar-
re, quas mundus odio prosequitur. sibiique
persuadeat tunc suum munus non recte exer-
cere, cum detractores & æmuli desunt. Diuina
tamen aspirante gratia hæc omnia superabit.
Nam licet virtus per aliquod tempus depre-
sa iaceat, tandem caput erigit. Tempus enim
omnium rerum medicus est: interim tamen
spem & fiduciam in Deo habeto. Reliquum est
ut receptui canamus, dum illud D. Gregorij
retulerim in hæc verba dicentis. Ne immode-
ratis laudibus erigamur, plerumq; summo re-
demptoris

C O N C I O N A N D I .

4
demptoris nostri moderamine detractionibus
lacerari permittimur: vt cùm vox laudantis
eleuat, lingua detrahentis humiliet. Prouiden-
tia namque diuina factum est, nec non & inef-
fabili eius misericordia ordinatum, vt dum ex
vna parte sunt nostræ doctrinæ, & prædicatio-
nis laudatores, ex alia sint detractores & inui-
di: vt, sic oppressi, animi elationem fugiantur.
Debilis quidem natura est, quam sic subleuare
debet.

De scientia & studio concionatoris.

Cap. II.

VT recta serie procedamus, postquam de
de bonitate concionatoris diximus: sub-
sequitur, vt de ipsius studio, & scientia non-
nihil dicamus. Psaltes ille Dauid, vt benè no-
tat Diuus Ambrosius, postquam dixit. Beati
immaculati in via, qui ambulant in lege Do-
mini: postquam locutus est de virtute, subiun-
xit dicens: Beati qui serutatur testimonia eius,
Prius enim de ipsa bonitate, mox de ipsa scien-
tia locutus est. Idemque in Psalmo centesimo
decimo octavo dixit: Bonitatem & scientiam
doce me. Quo loci quamuis Dauid ipse à Deo
maximo petit, vt illum doceat scientiam: (si-
quidem nihil omnino sine eo haberi potest,)
adhæc tamen & literis vacare, & sub præcep-
torum doctrina substitui, & libros euolue-
re, insuper egregijs quibusque concionatori-
bus subijci oportet. Deo namque placet, vt
viciissim quidam alijs subijcantur, & quòd li-
teris incubant, & libros insuper euoluant. De-
cet ergo studere & laborare: nec omnia ad ora-
tionis auxilium remittere. Ut quidā temerarij,
tentan-

M o n s

tentantes Deum faciunt, quorum quidem ia-
stantiam & insolentiam egregiè satis D. Aug.
in præfatione librorum de doctrina Christiana
confutat. Expedit itaq; concionatori varijs
scientijs delibutum esse. Namque Esther regi-
nam pedissequæ comitabantur & vni inniteba-
tur, altera verò procidentia in humum indu-
menta gestabat. Sacra scriptura est quasi quæ-
dam regina , quæ alijs insuper scientijs comi-
tari debet. Concionatori itaque expedit (siqui-
dem sacræ scripturæ interpres est) vt scientijs
alijs prædictus sit, atque perdoctus. Nam illi qui
liberalibus artibus aut scholastica Theologia
exuti intrepidè sacram scripturā aggressi sunt
enodare, in plerosq; lapsos errores cernimus.
Igitur tam liberalium disciplinarum quā Theo-
logiæ concionatori cuiq; expedit nō ignarum
esse. Insuper & historiarum notionem habeat
oportet. Et quia orator erga populū extat, Rhei-
toricam & eloquentiam vt potè natiuam & ac
quisitam teneat oportet: & plerumq; insuper re-
rum humanarum calleat, vt rerum fabriliū va-
ria nomina, etiam horum instrumenta , deniq;
rerum vniuersitatē tenere studeat: vt cum in-
ueniēdæ fuerint comparationes, ne impropria
& absonta applicet. Nimirum acturus de præda
venatione, bello, nauigatione, aut de alijs qui
busque mœchanicis artibus & de instrumentis
earum & hisce similibus. Ad hoc enim vt con-
gruus de rebus istis sermo fiat, oportet quidem
eas nosse, ne earum artiū fabri, impropria suis
aptari artibus videntes, irrideant. Verum quo-
nam pacto assiduum Apostolorum naufragiū
significabis, cum tamen quidnam carchesium,
& rudens, quid sentina, & clausus sit, prorsus i-

gno-

CONCIONANDI.

gnores? Et sicut dicere coepimus scholasticam
Theologiam scire tenetur, non ut arduas & acut-
tas nimis in eo loco quæstiones disputet: sed ea
opus est duntaxat ut abscondita sacræ scriptu-
ræ mysteria cognoscatur, & indagando ea pene-
tret: & insuper ut quam prædicat doctrinā, pro
viribus defendat, & deinde ut modestè, casteq;
loquatur. Sine cuius fundamento nō poterit se
sustinere. Et prope quidem est ut erroneas, fal-
sas, dissidas ve aut subobscuras propositiones
doceat, aut ut eiusmodi terminis scandalū pa-
riant. At concionatori cum expediatur, in qua cū-
que scientia peculiarē sibi comparet doctore,
cuius dictis & assertis alludat: præstat inter scho-
lasticos. D. Thomas & inter Ecclesiasticos D.
Chrysostomus. Hi namque duo doctores sint
concionatori præ omnibus alijs tanquam fami-
liares & sodales. Ille namque varijs & acutis
disceptionibus indagando veri culmen attin-
git, ut est mos scholasticorum: & inter omnes
D. Thomas morales conceptus ad pulpitum
spectantes melius excitat. Nam si illud de quo
habet concionator pertractare de vitijs, aut de
virtutibus sit, & concionatoris munus sit &
vitijs taxare, & virtutibus alios instruere (sicut
& Beatus P. Franciscus in viuendi formula tra-
didit loquens de prædictoribus dixit, annun-
tiando eis vitijs & virtutes, pænam & gloriam)
quis inter scholasticos hoc idem pertractat si-
c ut Thomas in prima secundæ? Hunc quidem
librum inter reliquos D. Thomæ præ oculis
semper habeo. Nam si aduersus peccatum &
eius malitiam insurgas, quæ materia tritissima
est & quæ passim se offert pertractandæ: quis præ
stantius & luculentius id ipsum peragit quam
D. Tho-

M o n v s

D. Thomas prima secuadæ, à quæstione septuæ gesimaprima , vñque ad nonagesimam quæstionem? Verum si de admirabili Redemptoris nostri vita habes pertractare, quis tam lóngè, lateque quam ipse D. Thomas in tertia parte sermoné facit: vt potè de Christi incarnatione, & eius Natali, circuncisione, baptismate, tentatione, conuersatione, miraculis, transfiguratione, Passione, & Gloriosa Resurrectione? Hæc omnia særissimè se offerunt prædicanda: & inter omnes Diuus Thomas planè id ipsum discutit, & optima serie vt potè lucidissimis assertionibus in quolibet voluminis articulo disponit. At verò inter Ecclesiasticos Doctores sufficit Chrysostomi nomen audire, vt eum quisque concionator maximi pendat. Qui qui dem pro sua singulari eruditione & dicendi lepore tale nomen fortitus est. Ipse namque inter omnes diuino quasi numine adiutus doctrinam suam optimè conditam & aptatam nobis proponit: ex Euangelij contextu moralem doctrinam deducendo & plerunque mirificè digrediendo & congruentissimè scripturæ loca aptando, purè, & gratis comparationibus, per modum similitudinis . De quo nonnihil ut prædicem, libenter quidē fateor inter ipsos Ecclesiasticos tam priscos, quam neotericos Doctores primas tenere. Præter ipsam scholasticam Theologiam (quam ut fundamentum nostræ prædicationis supposuimus) Euangelicus concionator in euoluendis sacra scripturæ voluminibus maximè debet esse versatus, iterum ac iterum sacra Biblia euoluendo . Hos tamen si placet simul euoluere licet; Nicolaum de Lyra, Abulensis , Dionysium Carthusianum

vel

CONCIONANDI.

vel Caietanum, literæ contextum probè intellegendo: nec non & eius dubia. Hugonis tamē Cardinalis & Lyræ morale abhorreat & fugiat: quorum quidem moralitates ad placitum depingunt. Ad literæ tamen intelligentiam præstabit Catena aurea S.Tho.in Euanglia. Et Caietus in eadē, Claudius Guillardus, & Iohannes Senius, Regulæ intelligendi scripturā sacram per fratrē Franciscum Ruyz Vallisoletanum, Abbatem S.Facundi etiam iuuabunt. Ad literam autem enodandam, & ad moralitates deducendas omnes doctores sancti conferunt. Hi sunt, Augustinus, Chrysostomus, Bernadus, Gregorius, Bonaventura, Basilius, Athanasius, &cū his Origenes, Beda, & quę nos nuper edidimus de vanitate sæculi & super sanctum Lucā. Hugo de sancto Victore, Laurentius Iustinianus, si tamen sit correctus & à plurimis erroribus expurgatus. Iohannes Ferus in Pentateuchū, & in Matthæū, & Ioannē, insuper & reliqui doctores. Veruntamē cū supra dictū sit quod materia concionatoris est de vitijs & virtutibus agere, præstat Guillelmi Peraldi, de vitijs & virtutib. quædā summula: quāuis tractatus de vitijs præstantior est, quām ille quem de virtutibus edit; qua quidē summula non debet carere concionator, quin sinu gestanda est & lineis ubiqꝫ signanda: & insuper sancti Euangelij loca adnotare, quæ suis materijs congruenter aptari possunt. Valet etiā ad historiarū notitiā Iosephus, quia tractat de scriptura in lib. de bello Iudæo. Et Textoris officina ad varias historias iuuabit. Interim tamē nō possū nō aduers' eos insurge, qꝫ perstant adhuc dicētes, verbi Dei cōcio natores libris abūdere non debere, qui scādali zantur,

M O D U S.

zantur, & obtrectant, cum librorum sarcinas
deportari cernunt. Quasi vero prædicationis
hoc munus abiectius & minoris momenti esset,
quam fabri ferrarij, aut lignarij ars: & sic de a-
lijs sordidis artibus: quibus quidem exercēdis
plusquam instrumentorum sarcinas baiulare
cernimus. Huiusmodi libri prædicationis mi-
nisterij huius quasi quedam instrumenta sunt,
quomodo eis carere licebit? Qui ergo tantum
munus exercere debet, eum non igharum esse
oportet. Scire autem non poterit nisi assiduis
lucubrationibus diu, noctuque literis incum-
bat, quibus cum maximam familiaritatem ha-
beat oportet: publica, forensia & loca abhor-
rens.

Dé materia prædicationis.

Cap. III.

OMNES quatuor sacræ scripturæ sensus, vt
potè Literalis, Moralis, Allegoricus, &
Anagogicus, omnes, inquam, probatissimos, &
egregios esse fateor. Verum concionator illis
duobus literali, scilicet, & morali, plerumque
vti debet. Quamvis antiqui Doctores, vt sunt
Augustinus, Ambrosius, & Origenes, & huius
nominis alij, tam Græci, quam Latini, allegori-
cis, anagogicis ue si fuerint. Insuper & Aposto-
lus in suis epistolis, peculiariter ad Galatas, &
ad Hebreos. Nec id ipsum assertis nostris obstat.
Nam in principio, & coadunatione sacrosan-
ctæ militantis Ecclesiæ, Ethnicis, & Iudeis ma-
xime congruebat sermo allegoricus: vt lex E-
vangelica magis, ac magis stabiliti & confirmati
posset, & nouella fidelium germina crescē-
rent. At vero cum his nostris temporibus Eccle-
siæ

C O N C I O N A N D I .

Si & plātē vberrimos fructus edidēre, modō nostra concio non Ethnicis, quin potius ad fidelium conuertitur animos: qui quidem fideles quamuis sint piaculis debilitati, & criminibus cooperti, & languoribus delibuti, modō concionator maiorem frictum faciet, si moralem doctrinam prædicauerit, qua quidem & criminā taxantur, & virtutes docentur. Verūm mortalibus doctrinis ut abundes, albeolū, seu quaternionem habeto, alphabeticis characteribus ordinē signatum, & manu tēto calamo, in euoluēdis sacris, & Ecclesiasticis Doctoribus, ex eis quæcunque notatu digna sunt excipitō, serie iam alphabeti dicta, vt quæ ad auaritiam sp̄ctant, in verbo (Auaritia) & quæcunque ad charitatem faciunt, in verbo (Charitas) & sic de alijs. Pr̄stiterit etiam alium insuper habere cōdicēm, ieu albeolum, ih quo quidem p̄r totius anni Euangelia discurrens, quæque literæ cōfentanea tibi videbuntur, percipies, & ad propositum applicabis. Omne studium omnisquæ operā non sufficit, nisi Euangelicus concionator natuām habeat prudentiam, & consilium, quamuis maximus Theologus sit. Hactenus tamen heminem in sacra scriptura illustrem, & præclarum vidimus, & in hoc prædicatiōnis munere insighem, quin singulari viguerit iudicio, & subtili ingenio excelluerit. Et sic non debet ad prædicandum mitti ille, qui iudicij inops, & cōsilij exp̄rs, discerniculo priuatus existit. Ceterum de se hoc intelligat, ad tantum, tanique præclarum munus non proprijs meritis fuisse volatum: Certum enī est quod ille qui mutilum, & dispersum habet iudiciū (quamvis literis delibutus sit, & sanctitate præditus,

M O D V S

propè est, ut in varios, plurimosque incidat er-
rores, risumque moueat: & tandem scandalum
tumultumque oriri faciet. Itaque discerniculū
& verborum delectum habere debet, ut quæ in
voluminibus habentur congruentia eligat, &
in signatum locum excepta reponat. Cæterum
qui minus idoneus est, quam ut hæc ipsa re effi-
ciat, & discernat, aut eo sit ingenio, ut suis lo-
cis applicare nesciat, id quod optimè quadret,
ita ut ipsa iactura optimè consuta maneat, in co-
gruentissimum sibi erit tantum munus adire.

De sensu literali. Cap. IIII.

I P verò, quod concionator tenetur facere,
primum quidem est, Euangeliū literam pro-
bē callere, quam nimurum habet prædicare,
secundum illud D. Hyeronimi in cap. 4. Pro-
phetæ Amos. Debemus scripturam sanctam pri-
mum, secundum verò literam intelligere. Nec
eo duntaxat contentus sit, si per Missale viderit
Sup.c.25. Euangeliū, veruntamen Biblia consulat in suo
Matth. originali, nec non & ante habita verba perle-
gat. Näm, ut idem ipse D. Hieronymus ait, ex an-
tecedentibus, & subsequentibus, colligitur ve-
rus scripturæ sensus. Nec satis est, si ipsum ori-
ginale textus Euangelici viderit, sed alium in-
super Euangeliū, si idem pertractat consu-
lat: quia (ut Augustinus ait) in vnius Euangeli-
Augu. li. de adulterinis cōingijs. c. stæ expositione videndum est, quid alij Euange-
listæ dicant, cum ille locus exponitur. Vnus nā
que Euangelista, est quasi alterius commentū,
& eū luculenter exponit. Quod si Petri negatio-
nes nosse desideras, quas S. Matth. scribit, Mar-
cum consulito. Mox si ciuitatem illam, de qua
11. c. 12. Matthæus ait: Ascendes Iesus nauiculam venit
Matth. 9. inci-

CONCIONANDI.

In ciuitatem suam: quænam ciuitas sit, scire stude
des, consule S. Marcum, qui eam Capharnaum
appellat. Et sic de reliquis. Videre tamen ma-
xime licet, quorsum parabolæ tendant, & ad
quemnam finem dictæ sint. Insuper & doctri-
nam, quam habet prædicare, quò tendat præui-
deat oportet. Defectu cuius, plerosque aber-
rasse périculo compertū est, peculiariter in pa-
rabolarum dilucidatione: ob cuius etiam defe-
ctum totidem offenderunt in illius Prodigij fi-
lij parabolæ expositione. Cuius quidem para-
bolæ initium si probè conspexeris. Phariseor-
um calumnijs, & detractationibus innititur,
cum Christo Domino obtrectabant, dicentes:
Hic peccatores recipit, & manducat cum il-
lis. Vbi illud pronomen demonstratiuum, hic,
Christum demonstrat, qui peccatores illos re-
cipiebat. Modò in illa parabola, quæ est huius
obtrectatiōis responsio, pater ille q. recipit fi-
liū prodigū, Christus est, qui peccatores ut clē
mētissimus pater recipit, hi sunt qui à Christo
pascūtur, & Christus qui pascit eos. Maior autē
fili⁹, significat Phariseos, q. murmurabāt. Et res-
ponsum patris, cū dixit: Fili tu semper mecū es, est
Christi respōsum ad Phariseos, quo cū conclu-
dēs, probè colligit factū esse, & se peccatores re-
cipere, & cū eis manducare. Veruntamen quo-
niā longè, lateque hanc eandem parabolam
in nostris enarrationibus super Lucā perstrin-
ximus, nolumus hic moram facere. Vnū si pos-
sim adnotauerim duntaxat, nempe quorundā
væcordiam, qui huius parabolæ verba, ex-
actumque finem quò tendit, non pensantes, nec
vnde habeat ortum, in eam plerique vene-
runt sententiam, vt dicerent, maioris filij ob-

M O D U S

rectationem & patris responsum, ad ornatum parabolæ poni duntaxat: In hoc hæsitanter, qui putabant filium maiorem, verè iustum esse. Cùm tamen secundum estimationem suam & populi reputationem, solum instar Pharisæorum extitisset. Plures alij dixerunt, viçulū illū saginatum, Christum Dominum esse, in ara crucis torridum, & pro nobis lnuore confectionum. Quos interrogo, si Christus, pater ille est, vti vitulus saginatus erit? Hi verò iuxta hoc nomen patris hæsitanter, quod quidem éterno duntaxat, cælestique patri ascribunt præsentem parabolam de patris aeterni erga peccatores misericordia, debere intelligi, affirmant. cū Christi Domini intentum in hac parabola nequia quā eiusmodi sit. Pharisæi namque non murmurabant de Deo, propterea quod misericors, & pius esset: sed de Christo duntaxat, quem Deum esse non credebant, siquidem cum improbis & peccatorib. incedebat. Quod si obiter Redemptor noster suam nobis pietatem, & misericordiam vult ostendere, quoniam supra modum peccatores diligebat. Verum quod Christus eis probare intendebat, nimirum erat, quod benefaciat, si cum peccatoribus incederet, & manducaret, quemadmodum ille pater probè fecit, qui filium prodigum suscepit, & pauit. Et consequenter eos arguendos fore qui de optimè facto murmurabant. Nonnulli verò in Dominicæ tertia post Pentecosten in ea parabola de illo, qui centum possidebat oves ad hunc modum exponunt, dicentes, quod Christus pastor omnium, relictis nouem Angelorum Choris, venit in mundum, vt errantem ouem, nempe hominem in gremiū reduceret. Si Pharisæi

C O N C I O N A N D I .

fæi Christo quicquam imponerent, eò quòd re-
 liquit Angelos, vt cum hominibus communi-
 caret, benè quidem istorum ratio habuisset: mo-
 dò Pharisæi ex eo, murmurabant, quòd pecca-
 tores recipere, eos contemneret. Vnde liquet
 ab hominibus ad homines, non autem ab Ange-
 gelis ad homines, comparationem fieri. Iohan-
 nes verò Ekius in Homilijs in hanc Dominicā
 pleraque nimis irrationabilia congerit: quæ ò-
 nia ex quibusque iam priscis nec insimæ notæ
 Doctoribus traxit, quos sui honoris gratia præ-
 termitto. Hæc omnia, & huiusmodi alia ema-
 nant ex nimia inconsideratione eorum, quæ
 maximam postulant attentionem, nec quò ver-
 ba Christi pergat intelligentes, nec dictorum
 causam examinantes: quæ omnia maxima cum
 vigilantia sunt pensanda, & oculatius inspi-
 cienda, & maximè parabolarum interpretatio-
 nes. Reliquum est, in varios prolabi errores,
 qui hæc non considerant, & pleraque irrationa-
 bilia fari, vt audisse me fateor quodam de se
 nonnihil existimantes, qui egregios sanè con-
 cionatores se prædicant, dum magnam populi
 turbam sibi astare cernunt. Nequit insuper il-
 lius vineæ parabola in Dominica septuagesi-
 mæ intelligi, nisi videris prius capitulū, quod
 antea S. Matthæus scribit, cum iuuenis ille Chri-
 stum interrogauit, quid sibi faciendum foret,
 vt vitam æternam consequeretur, collatis illis
 cū D. Petri verbis plana erit hæc parabola: alias
 sub obscura erit. Nec illud facilè intelligetur.
 Erut nouissimi primi. Et illud: Multi sunt voca-
 ti. Et insuper priorū murmu ratio. Absint à no-
 bis pleraq; concionatorū figmenta, quæ audisse
 me fateor, & eatenus aures nostras offenderunt

Matth.

20.

Matth.

19.

M o n u s

& mentem turbatam reliquerunt, vt abire pro
tinus compulsus fuerim, miratus huiusmodi
modicę mentis hominibus tantum munus com
missum fuisse. Hoc duntaxat articulo, vltimam
his manū imponam, nec plura congerā exēpla.
Te exhortor, ô concionator, iterumq; moneo,
ne sacra explicans verba, quicquā falso Deo im
ponas, & verum, literalemq; sensum ne torque
as, & quæ nusquam Spiritus sanctus excogita
uit, dixeris. Delirium enim est pro tuo libito sa
crā scripturā interpretari, & germanū sensum
deprauare. Hoc enim audientiū aures maximē
offendit. Denique postquam male audieris a
pud eos, & pro stulto habitus fueris, nescio an
eorum animos moueas, cū adhuc eis molestus
fueris, & pene scandalizati remanserint.

Secundò notandum est iuxta hunc literalem
sensum, & in parabolis peculiariter, in quibus
maior extat difficultas, quod semper attendat
concionator præcipuum parabolæ intentum,
& finem, & quod Christi verba tendant, relictis
eisdemmet verbis, quæ ad ornatum parabolæ
adduntur, secundum regulam, & sententiam
Homil. 48. D. Chrysostomi, à quo nonnulli videntur de
in Matth. uiare. Qui quidem pleraque inepta congerunt
Luc. 11. & nullius momenti puerilia pensitant. Fingūt
enim cùm dicitur in illa parabola: Commoda
mihi tres panes, Patrem, Filium, & Spiritum
sanctum significari: Et alij, Eadem, Spem, & Cha
ritatem ostendi. Hi verò qui huiusmodi non
offenduntur, cognoscant se consilij vacuos es

Matth. 25. se, & omnino expertes rationis. Plerique verò
alij in illa parabola de decē virginibus, quare
Luc. 15. quinque fatuæ, & quinque prudentes, dicunt?
quas quinq; sensus nūcupant. Alij verò cur no
nagin-

CONCIONANDI.

70

naginta oues in deserto relictæ sunt, quæritat: tandem in verba hæsitanter (vt potè in nouena rīo numero) dixerunt nouē Angelorū choros esse. At verò quò illa parabola de quinque virginibus fatuis, & quinque prudentibus rendat? Illud quidē est vt nos ad bene, honestèque vi- uēdum excitet: & hoc ubique, & semper, si qui dem diem neque horam nescimus. Haud tamē temporis iacturā faciamus, in posterū pénitentiā differentes, ne forsan præter spem iudex adueniens nobis strictissimam exigat rationē. Quod si præter hanc ipsam doctrinam, quæ præcipua est, nonnulla alia documenta ex hac parabola licet deducere. Cæterū disceptare, cur quinque & quinque dixerit, nimirum hoc est temporis iacturam facere. Christus namque Redemptor noster, verborum urbanitatem obseruauit: sat enim erat decem virgines signare, ut nuptias cū iubilo celebrarent, & quinque, & quinque ordinatam ducerent choreā. Qui si centū dixisset, nō ita urbanè, sed incōgrue locutus esset. Idemq; in parabola de illis tribus panibus. In honestū enim foret quinquaginta mutuasse panes. Et sanè ridiculum, si duobus saturandis duntaxat, quinquaginta panibus opus esset. Verum dixit: Commoda mihi tres panes, ut urbanè, congrueque loqueretur, ne forte postea deficerent panes. Idem dicendum censeo de illis ouibus. Mille namque oues à paucis possidentur, infra centum verò non faciunt gregem: veruntamen quasi commune quidem est: differe-re autem cur centum magis, minusve non dicit, est tempus omnino consumere: nec aliud in hoc latet mysterium, præterquam quod Redemptor noster, ut solet, urbanè

Ecce politicè loquitur, & prudenter illud sanè intēndens in ea parabola. Nam ut probè factum fuisse constat, quod pastor ille relictis in deserto ouibus, errantem quereret oīem, & inuentam in humeris baiularēt: siue illæ fuerint nonaginta, seu quinquaginta, quid ad rem? Eiusmodi satis superque probè facere, si peccatores hos recipit & cum eis manducat & incedit. In parabola autem de tribus panibus, assiduū nobis orationis studium commendat, & perseuerantiam nobis in eamet suadet. Nam sicut ille, qui panes mutuauit, qui tempus opportunū nō spectauit, sed media consurgens noctis quiete, quo tempore omnes dormientes iacent, & quiescunt, ad hæc tamen quia molestus iā fuit assiduè ianuam pulsans, ille motus surrexit, & dedit illi panes, quotquot postulauerat. Non secus tecum agetur si molestus fueris, & in orationis studio continuus. Alias insuper parabolas referre possem, sed prædicta ad omnium exemplar sufficiant, ut probè concionator videat, quibus cura adhibenda sit, & quānam intacta relinquenda. His duobus notabilibus satis intelliget concionator tam parabolicum, quam literalem scripturæ sensum.

De moralis sensu Caput V.

REQUIVM est modò (ut enim superius tertio tetigimus capite, gemino sensu, ut pote literali, & morali, quisque concionator vti debet) postquam præcedenti capite planè litteralem sensum prælibauimus, aggrediamur modò pertractare nonnulla, quæ ad Doctrinā moralem facere videntur: quā quidem prædicare habet concionator, & congerie habita sermonem

C O N C I O N A N D I .

11

monem ipsum adimplere, si audientium cœtuſ
prodefeſſe ſtudeat, & muneris ſui debitū perſol-
pere, quod maximè concionatorem mouere
debet. Moralis itaque ſenſus ſic habet. Eſt utiq;
doctrina illa, quæ ex viſceribus, & medulla co-
textus literæ deducitur, ad mores componen-
dos; abſque eo quod ſibi contradicat. Dixerim
abſque eo, quod ſibi contradicat: nā dum mora-
lizat, nihil contrarium ſumet ei, quod in litera-
li dixerit ſenſu. Exempli cauſa. Si prædicet Eū^{Mat. 22.}
gelium feriæ ſextæ, Dominicæ ſecundæ quadra-
gesimæ. In literali ſenſu, per vineam illam po-
pulus Iudeorūm figuratur; & agricultoræ, qui-
bus vinea illa commiſſa fuit, ſunt quidem fa-
cerdotes templi, quibus Christus loquebatur.
Petierunt igitur ab eo: In cuius potestate hæc
facis? Nam ementes, & vendentes ē templo eie-
cerat. In illa autem parabola vult eis significa-
re, quod pro ſuis maximis demeritis priuati eſ-
ſent authoritatē illa, quæ quodem gentibus traden-
da foret. Modò vineam illam regnum Dei nun-
cupauit, dicens: Auferatur à vobis regnū Dei. Si
literam ipsam explicando dixeris: vineam i-
ſtam Eccleſiam eſſe, & volens moralizare hæc
eandem vineam, animam dixeris; iam tibi ipſi
imponis, & quod inficias eas planè conſtat: nā
quod modò aſis, negas. In ſenſu literali dicis
Eccleſiam, & in morali animam. Morale quip-
pe optimum, literali ſenſui non debet aduersa-
ri: quin potius in ipſo fūdari, & ab eo deduci ne-
ceſſum eſt. Et ita abſque eo quod longè peta-
mus, morale quidem & doctrina illius parabo-
la huiusmodi haberet. Vide tibi o Episcopę, &
qui animarum curam fuſcepisti. Tibi namque
Eccleſia data eſt, vt vberrimos feras fructus Do-

M o n v s

imino ipsius. Non vtiq; Dominus eius creatus
es: sed duntaxat cultor, & rector extas, & custos
illius. Insuper aduerte quod hęc vinea non qui
buscunque , sed agricolis solummodo loca-
tur, & quib. ministerij huius ratio suggerit. Hęc
Ecclesia non est tradenda alijs, quam sapienti-
bus & studiosis viris, prudentibus, & beneme-
ritis. Ad hoc autem ut Episcopus, vel anima-
rum curam subeas, non sufficit te sacerdotem
esse, verūm quòd sis agricola, necessum est. Nō
sufficit presbyterum esse, sed literis insigni-
tum: & insuper quòd sis præceptor & magister
virtutibus delibutus. Cum tempus fructus ap-
propinquasset . Hic rationem bonorum suo-
rum, quæ receperunt, cùm tempus appropin-
quauit exegit. At tu quod alij non receperunt,
exigere studes, siquidem infœcunditas tempo-
ris in causa fuit. Aduerte maximè Dei pietä-
tem, & misericordiam , qui to t, tantisque af-
fectus contumelijs, & a persecutoribus iniurijs
illatis, tamē nos tot, tantisque vijs aduocat. Hu-
mana malitia contra Dei bonitatem certabat,
inquit Chrysostomus. Hęc duo, scilicet ineffa-
bilem Dei misericordiam , simul & humanam
ingratitudinem poteris intelligere, ac summa
verborum copia ampliare : quæ quidē miseri-
cordia, nostra radicitus crima exhaustit. Qui-
nim̄ dona, & beneficia Dei in ijs eō magis cō-
creuerant, quòd magis in eis demerita pullu-
labant: Si quidem filium suum ad eos misit. Ca-
ue ergo tibi, ô Christiane, ne his ipfis inuolu-
ris peccatis. &c. Cogitauerunt intra se: inq̄ S.
Luc. Dic de peccatis cogitationū. Habebim⁹ he-
reditatē. Ocupiditas inordinata, ô auiditas, ig-
nis inextinguibilisquot mala suggeris? Hi sunt
qui

qui dixerūt: Si dimittimus eum sic, vénient Ro-
mani, &c. Adeſt hic latifſimus campus auari-
tiā, & ambitionem taxandi. Insuper aduer-
te quām recta Dei iudicia ſint. Nam ipſimē
peccatores in ſe inferunt ſententiam. Cuius
quidem Christi Domini cauſa eō compo-
ta erat, vt in obtrectantium, & detrahentium,
manus eam tradiderit.

Verum quia in hac morali doctrina ſtat o-
mne concionatoris fundamentum, atque mate-
ria, vt planius procedam, aliud inſuper ad-
dam exemplum: Cum ſe obtulerit prædicandū
Euangelium illud ſextæ Dominicæ post
Pétecoſten, quod ſic habet. Miseror ſuper tur-
bā, iſtā &c. In quo quidem videre licet quan-
ta cum frēquentia ac diligentia verbum Domi-
ni nobis audire expediāt. Quippe cū diuina Mar. 8.
voluntas in eo innotescit, ac palam nobis fit,
quam & ſummo studio insectari nos decet, ſi
perenne optamus p̄mium conſequi: vt tur-
ba iſta faciebat, quæ irruerat anhelans, vt ver-
bum Domini audiret. Vbi quidem præsto eſt
correptio aduersus eos, qui maxima cum vœ-
cordia ad audiendum verbum Dei excitantur.
In eo autem: Nec habent quod manducēt: no-
bis oſtenditur, quanto maiore studio spiritua-
lia proſequebantur: & quanto minus pro his
temporalibus angebantur, ſi quidem vt ver-
bum Dei audirent, de viētu non curabant. Et Mat. 6.
in oratione Dominica, prius quidem poſtula-
mus: Adueniat regnū tuū: paulò tamen inferi⁹.
Panē noſtrum quotidianū. Ideo Dñs ac Redēp-
tornoster ait, Primū quærите regnū Dei &c. Li-
quet ex dictis correptionē in eos ferendā eſſe, q
pro ſalute animarum non laborantes, ardentि,
nimio-

M O D U S

nimioq; studio hæc temporalia appetunt . In eo autem: Misereor super turbam istam, significatur nobis misericordia, & prouidentia Dei, & etiā quod nostris fauet necessitatibus: absq; eo quod nimiā curā nos adhibeamus. Et quod nobis omnibus non modò spiritualia , verum & temporalia suggerit, & circumque in particulari: quod si omnibus suggerit, non tamē gratia omnium, sed pro eis dūtaxat, qui in suis præceptis perseverant. Et quomodo eos non deserit qui ipsimet connectuntur, & astant. Qua qui

Exo. 16. dem ratione filijs Israel pluit manna ad man-
3. Reg. duendum, & Eliam pauit in deserto. Hoc idē
12. apud Euangelistam Matthæum habetur, & per
Psal. Psalmographum nobis ostenditur. In verbo au-
147. tem: Si dimisero eos ieunios , deficient in via. Nobis ostenditur ac docemur quod ex nobis- met nihil omnino possumus, nisi Deus faueat nobis : nec in his temporalibus, quæ ad huius molis vietum spectant, quanto minus in spiritualibus poterimus ? Namque si Deus manum suam auferat à nobis, perimus. In verbo: Quis poterit istos satiare in solitudine? Humana qui dem fragilitas nobis depingitur, ac modica fides significatur. Quapropter omnem spem sita, locatamque in Deo habere nobis conducere. Ceterum si depravatam rationem consulamus dumtaxat, plerunque diffidimus . Hi namque qui temere in Domino confidentes adhuc sese mundo tradiderunt, taxandi quidem sunt. Ut illi ab urbe Bæthulia fecere Deum tentantes, qui cum Assyrijs pactum inierunt, sese Holoferni tradituros , si intra quinq; dierum spatium eis Deus non opitularetur. Quod cùm audiuit Iudith, molestè tulit , quos & merito increpauit.

Judit. 8.

In

In verbo: Quot panes habetis? Licet maximam Dei pietatem considerare, qui non pro demeritis, aut secundū modicā fidem nostrā, sed secundum vbertatem magnificentiæ suę nobis suggerit. Qui tam et si moram fecerit, ne desperemus; nam per Prophetam dictum est: Si moram fecerit, Abac. 2. exspecta eum: veniens enim veniet, & nō tardabit: In verbo: Gratias egit, nos docemur ne ab assiduis & quotidianis laudibus pro beneficijs nobis illatis cessemus. In verbo autem: Tulerunt de fragmentis septem. &c. nobis quidem suadetur, ne prodigalitatem exerceamus sed bonis Dei, ut congruū est, vt amur: nec ea prorsus vt pereant, relinquenda absque illa prorsus necessitate. Tandem in verbo: Dimisit eos, nobis præcipitur, & aduertitur pro bonis operibus ab hominibus mercedem haud fore exspectandam, nec præmium, nec gloriam, nec aliquid aliud, nisi à solo Deo. Hoc summis hucusq; labijs prælibatum manet, in hæc duo Euangelia. Hæc quidem loca facile adimpleri, dilatarive tam scriptura, quam comparationibus licebit: de quibus capite nono. Morale veroq; Euangelij contextu deducere, absq; ipsius literæ contorsione, & chimericæ fictionis machinatione.

*De moralī sensu, quem cauere debet
concionator.*

Cap. V I.

VT enim egregius Psaltes inquit non solum facere bonum, sed etiam diuertere à malo debemus: cum hactenus de moralī sensu, quem ex li-

Psal. 33.

M O D V S

ex literæ contextu venari licet, prælibatum sit,
reliquū est agere modo de alio sanè incōgruo
moralī, quo quidem multi codices scatent, &
fere omnes ex antiquis sermonarijs; & insuper
quam plurima loca Carthusiensis, & alij qui-

Mat. 6. dem codices, quos retulisse incōgruum est. Di-
cere namque nauiculam illam, quam Redemp-
tor noster ascendens, venit Capharnaum, pœni-
tentiam, Ecclesiam ve, aut Christi crucem esse,

Io. 5. & piscinam Bethsaïdæ pœnitentiam, aut bap-
tisma esse: & in festo Assumptiōis Deiparę vir-
ginis dicere, vicum illum, quem Christus adi-

Luc. 10. uit, arcem esse virginem Mariā, & propugnatū
la eius, virtutes: & in Euange. Dominice septua-
gesimæ vineam illam, animam dicere: & Regu-
lum illum Christianum esse, & eius filium, Ian-

Io. 4.
Io. 6. guidam animam, quæ infirmatur Capharnaū, hoc est, in delicijs, quia Capharnaum interpre-
tatur, villa consolationis: & in Dominica quar-
ta quadragesimæ quinque panes, quinque li-
bros Mōsi, aut quinque vulnera Christi dicere,
& duos pisces, humanitatem eius, & diuinita-
tem significare, incongruentissimum quiden-
est. Hæc quidem & huiusmodi alia, quæ va-
rijs codicibus (indigna satis ut in lucem pro-
deant) perlegimus, & nuper à nostris seniorib;
audiuimus, qui aures iam nostras offenderunt,
eos tamen insipiens populus miro audiebat ap-
plausū, stultissima sunt. Tu vero optime con-

cionator, si veram concionandi normam, & op-
timum quēmq; dicēdi characterem venari de-
sideras, hæc omnia detesteris oportet, & ab hu-
iusmodi ingenijs discedas, atque eos irrideas,
qui huiusmodi monstrā collaudant. Cæterum
hoc sibi quāsq; suadeat, dum hæc doctrinā suas

CONCIONANDI.

14

non læserit aures, longè satis abesse, ut probus concionator euadat. Quod si quosdam videris hæc laudare, quid mirum? Similes enim habent labra lactucas. Hi homines modicæ mentis pro suis quibusque fictionibus, quod Euangelica verba prætendunt non degustabant: qui præterquam quod literæ contextum adulterabant, minus vtilem prædicabant doctrinam. Duplex itaque vitium illa sortiebatur doctrina: scilicet, contortam, & prorsus mutilam esse. Si enim horam vnam consumpsero, duntaxat ut virginem Mariam castellum fecerim, & arcem fidem dixerim, deinde ipsam virginem pomœrium, & turrim fecerim, quid obsecro emolumenti, aut commodi ex huiusmodi comparaſti doctrina? Aut, quæ morum amputatio malorum inde pullulavit, dicito mihi? Hoc sane est ad libitum depingere, & machinari monstra: & cepo (ut aiunt) cœlum facere. Verum ut dicere non trepidasti, nauiculam illam, quam Christus ascendit poenitentiam esse: similiter & ego atramentum, aut pileum esse cur non dixerim? Qui si assertum tuum rationibus comprobes, eidem ego rationibus à medictum fulciam: interdum tamen ad libitum vtrig; loquentes. Doctores sancti ut sunt Augusti Chrysostomus, Origines, & Basilius, & in suis Homilijs Gregorius non signabant in litera prælibanda ut potè dicentes duo triave in hac concione agam, sicut nostri senes facere confuerūt: sed tantum per ipsius literæ contextum digredientes, verum & congruum sensum non deprauantes, vtilem sane animabus doctrinam exhauiunt prædocendo

& insu-

M. stra mo-
dernos.

M o n s

& insuper monendo, & vitia taxando, & secundum
dum propositum doctrinam depromentes, non
adulteratam & contortam. Barbari quidam ho-
mines his propè lapsis temporibus insurrexerunt,
qui sane egregium priscorum dicendi cha-
racterem, quod illi paratissimum calamō depin-
ixerunt, carbonibus suis abolentes, & quasi me-
ti Grammatici literam summis (ut aiunt) la-
bijs degustantes, explicabant: & quæ intrinse-
cus latebant mysteria, quasi scripturæ sacræ li-
teris exuti, & spoliati, non calluerunt: tanquam
ad miserorum refugium ad sua se conferebat
monstra. Et ut in Tragicis actibus fieri solet, v-
nus & idem solus vicissim personatus incedit,
nunc Regis, nunc Pastoris, nunc militis glorio-
si, tandem pulchrae foeminae & elegantis formæ
personam acturus. Non secus hi concionato-
res videntur facere qui typicum Isaac in mediū
trahentes, quem Christum significare dicunt:
& in eadem forma permanentem, æternum pâ-
trem faciunt. Mox quasi personatus incedens,
hunc Christianum repræsentare dicunt: & tan-
dem in montem euudem conuerfunt. Egregia
quidem monstra & probè machinata porteta.

Humanio capiti certuice in pictor equinam.

Jungere si velit, & varias inducere plumas,

Vndiq; collatis membris: vt turpiter atrum;

Desinat in pisces mulier formosa superna;

Spectatum admisi risum teneatis amici?

Hæc nisi detesteris figmenta, & quasi à facie as-
pidis non subterfugias, eo quidem longè abest,
vt probus concionator euadas, quam ego ut vo-
lare queam.

*Verum cum scriptoribus & his qui sunt spe-
ra in*

ra in lucem ædere conatur nusquam emuli aut
detractores desint, eodem modo fieri potest,
vt quis insurgat in me, dicens, iam priscos ac
sanctæ scripturæ Doctores hoc morali, quod à
me exploditur, vsos fuisse, & proinde quod
absque vlla mentis ratione illud reijciam. Cui
objectioni facia satis. Dico, quod sancti Docto-
res nusquam talia monstra finxere, nec typis, li-
teris ve mandarunt, aut populo huiusmodi pre-
dicarunt: videlicet, quod liber generationis Ie-
su Christi (de quo S. Matthæus) est virgo mater Mat. 11.
Dei, & quod eius spiritus est membrana, & eius-
dem corpus quaterniones, & Spiritus sanctus
adunator & glutinator: quod in festiuitate Na-
talium Beata virginis à nostris senioribus plerū-
que me audisse fateor, & ab insipientibus neote-
ricis. Et in festo Sanctæ Claræ à quodam illius
temporis concionatore non infima notæ me-
mini me Salmanticæ audisse, & cui copiosa po-
puli turba semper astabat: ipsius concionis the-
ma fuit, ex Psal. 47. dicens. Secundum nomen
eius, ita & laus eius. Et in precatione, & saluta-
tione Angelica ad Virginem, dixit, ipsius Vir-
ginis nomen multis retro saeculis in sacris literis
fuisse prænunciatum, videlicet, cum scrip-
tura ait, quod congregations aquarum appelle-
lauit Maria: ubi, Maria, pro nomine, Maria, quod Gen. 1.
est, Virginis nomen, sumebat, quæ est congrega-
tio aquarum, id est virtutum, & tunc tempo-
ris hoc sibi nomen fuisse inditum. Alia quam-
plurima somnia hisce paria, ne dicam peiora,
populo prædicabant, quæ breuitatis gratia mis-
sa facio, ne studiosi lectoris animum offendam:
quos & nunc etiam aliqui hebetes ingenio imi-
tantur. Num D. August. hæc somniauit? Nūquid

M O D U S

Hieronymus, Gregor. Origenes, auf Chrysostomo, huiusmodi ineptias scripsere? Et licet Sancti Doctores, ut Gregorius in Moralibus super sanctum Job, & Bernardus in Cantica, & alii etiam aliquando hoc Morali tantur, eam tamen nimiam dicendi licentiam; quam nostri senes sibi sumperunt, nunquam vendicarunt. Qui si aliquando hanc Moralem doctrinam pingentes, non secundum genuinū literæ contextum deduxerunt: sufficit tamen quod literæ non aduersatur Sanctorum doctrina, & si aliqui à litera discedunt, eorum sanctitas, & vita integritas commendant quidquid literis mandarunt. Ecclesia etiam in dies scientia crescit, & nouella quotidie illustratione fouetur. Quia propter hic noster concionandi modus receptissimus est, & secundum omnem rationem graphicè literæ consentaneus. Quod si secundum illius temporis etatem illud congruebat, nunc vero hoc Morali vti decet, qđ Græci doctores sibi adscripsere. Quippe qui in predicationis norma, & loquendi facundia Latinos superarunt. Itaque optimum Morale illud esse affirmo, eam videlicet doctrinam, quæ ex Euangelij visceribus hauritur, ad componendos mores, sine ipsius scripturaræ torsione.

Non desunt etiam aliqui insipientes homines, qui putant hanc depravatam quorundam moralem doctrinam, de qua præsens vertitur sermo, allegoriam esse: quam vt chimericam, quia ego detestor, obtrectare non cessant petulantissimi suis linguis dicentes, nos allegoricum sensum abolere, & funditus destruere. Ego vero vt maximè in fide Catholicus, omnes quatuor scripturaræ sensus, & probo & eis alludo: qui-

CONCIONANDI.

16

dō: quibus, & Sancti Doctores probē vñi sunt.
Hunc tamen (ne dixerim sensum a nobis explō-
sum) nec Allegoricum, aut Moralem, nec Ana-
gogicum, Literalem ve esse iam diximus, quin
potius omnino deprauatum, & pene tortum
censemus: cuius quidem fundamentū habet in
beneplacito cuiuscunque insipientis. Moralis
namque doctrina exacta vt sit, fundari debet in
literæ cōtextu: & intrinsecus, quasi ex viscerib:
eius deponi. Cuius quidem contrarium non
allegoria dicenda est, sed portenta; & somnia
modicæ mentis hominum: Etenim cum sapiē-
tes qui que viri suis fictionibus non alludunt,
non secus ac insolentes eos reputant, & qua-
si elatae mentis; & a veri tramite deuiantes iu-
dicant:

*Quomodo concionator hoc deprauato mo-
rali vti posſit.*

Caput VII.

IPSA quidem experientia liquidum est, quod
morsus viperinus quamuis sit lethalis, non
nullis tamen ipfa vipera, si applicetur mōrbis,
sanitatē confert. Et Lactantius Firmianus in
lib.de ira Dei dixit: Viperam, ferunt, exustum, Cap. 13:
in cineremque dilapsam mederi eiusdem be-
ſtiae morsui. Ad hunc sanè modum iuxta sacrae
scripturæ commenta, & moralitates, quamuis
extortis literæ sensibus, & incongruo dicendi
charactere delibuta sint, hoc duntaxat verbo;
iñſtar, vel, ad similitudinem huius, conciona-
tor vti potest: Scriptura namq; & peculiäriter
vetus testamentum, & etiam historię, ad simili-
tudinis modū, & non secus aptandā sunt: quod
nimirum adnotacione dignum est, & maximē
E z qui-

M o n u s

quidem considerandum . Nequit insuper hoc
indè intelligi, quam si exemplis ostendatur . E-
rat, verbi causa, quidam ex seniorū numero cō-
cionator de Christi Domini profunda humi-
litate prædicans, & quomodo ad illius simili-
tudinem nos humiles esse deceret: in hunc sanè
modum proponebat . De hac re typum habe-

Gen. 24. mus, & quandam figuram . Cum Rebecca, ve-
niens è Mesopotamia, vt nuberet cū Isaac, &c.
Qua enarrata historia subdidit: Isaac risus pa-
tris interpretatur, & typicè de Christo dicitur:
de quo èternus pater; Hic est filius meus dile-
ctus, in quo mihi benè complacui . Mox ait: Re-
becca, id est, impinguata, & incrassata, hæc est

Mat. 17. anima nostra, quam in regeneratione baptisma-
tis Deus ditauit, & lorica fidei muniuit, &c.
Hæc cùm viderit suum sponsum Iesum ince-
dētem & humiliiter gradientem debet quidem
exæquare, & cuncta huius sæculi caduca & lu-
tulenta respuere, &c. Hæc ad prædictum si di-
cantur modum, nihil omnino valent . Expedit
ergo ut qui satis congruum enarrandi characte-
rem venari desiderat, omisisse vetustatibus, in
hunc modum dicat. Sicut olim Rebecca vidès
Isaac deambulantem per viam, protinus de ca-
melo descendit (in honestum enim illi videba-
tur & turpe, quod cum sponsus suus deambula-
ret, ipsa equitaret) eodem modo tu ò Christia-
ne, vultum confundere tuum deberes, qui ni-
mis audiè ad huius sæculi lutulenta prædia an-
helas & honores: cùm filium Dei cernas eaten⁹
pro te humilem factum esse, quo magis nequi-
uit. Ad hūc sanè modum scripturam veteris le-
gis aptare debes ad modum similitudinis: & sic
in reliquis exemplis, quæ subijciemus, vt ma-
gis hæc

C O N C I O N A N D I.

17

gis hæc doctrina elucescat. Quemadmodum *Exo. 8.*
 Pharao AEgyptiorum Rex cùm adhuc ad se
 venientes cynifes cerneret, & propterea non
 conuersus est, maiori deinde affectus est plaga:
 nam ex omni muscarum genere iætibus affli-
 ctus est: non secus qui in varijs prouoluti ia-
 cent peccatis, & sunt maximis sceleribus co-
 inquinati, & Dei visitationibus, & flagellis in
 hoc sæculo non conuertuntur, maiora quidem
 eos supplicia manent in Infernum præcipitan-
 dos, thesaurizantes iram in die iræ. Item, quem
 admodum triumphales currus, & munera, que *Re. 2.*
 Ioseph Patri suo Iacob misit, hæc quidem prin-
 cipatum, & Dominium Ioseph in Aegypto ostē *Gen. 45.*
 debant. Siquidem tam mirifica & præclara
 dona parenti suo offerebat: eodem modo san-
 ti Spiritus dona, quibus CHRISTVS ditauit
 Ecclesiam, testimonium quidem perhibebant
 Christum ad dexteram Dei sedere in gloria pa-
 tris. Ideò Iesus loquens Discipulis de aduentu
 Spiritus sancti dixit eis: Cùm venerit paracle-
 tus, spiritus veritatis, ille testimonium perhi- *10.15.*
 bebit de me. Item: Sicut omnes quatuor sensus
 Isaac lapsi sunt cùm Iacob filium suum benedi- *Gen. 14.*
 dixit, & auditus duntaxat verum prædixit,
 cum dixit: Vox quidem vox Iacob, ac iudi-
 cauit, ita in sacro sancto, ac profundissimo
 Eucharistiæ Sacramento omnes simul sensus de-
 ficiunt, sola fide integra manente, nempe, audi-
 tu: aliud enim tangimus ab eo quod fides no-
 bis suggerit, & ab eo, quod auditus percipit.
 Verum, ne, exempla petendo, prolixior sim,
 quam par est, hoc tibi consilij do. Plerosque e-
 nim si euolueris codices præfata doctrina, &
 morali contorto, & depravato delibutos repe-

C 3

ries.

M o n u s

ries. Quod si seniorū satis incongruum dicendi characterē ad nouum, & vfitatū reducere studes, mediocri sanè studio id facies, & à simili, vel per modū similitudinis, tibi applica. Quod si in omnibus iā inusitatis, & priscis moralitatibus hoc non teneat, in plerisq; tamen vel fere in omnib² tenebit, adhibita opera, ac ingenio mediocri. Attamē ne dixeris, pastores illos, qui bus Angelus in nocte natalis Christi Domini vigilias noctis obseruantib² apparuit, antistites & præfules significare: & insuper ouile, populū subditū esse. Quod si huiusmodi doctrina vera sit, cæterum nimis inusitata est, propter incongruū dicendi stylum. Ad hunc tamē si applices modum, congruū quidem erit, dicendo: Angelus Domini pastorib. noctis vigilias obseruantibus apparuit. Cū præfules, & Ecclesiæ Dei præpositi inuigilant, curam adhibentes pro salute populi: hi quidem Dei visitationibus, ac spiritualibus cōsolationibus digni sunt. At si prisco rum dicendi stylo vtaris, vt pote hoc, esse illud si dixeris, aut per hoc illud intelligitur, iā prorsus aberrasti. Nam pro tuo quoque libito de pingis. Quæ quidem dicendi phrasis sapit doctrinam incongruam seniorum. Quod si horū dicendi modum & stylum mutaueris, cuncta et si moralis doctrinæ contortæ, quæque tibi voluntaria proderunt. Duo tamen obserues oportet (si in euoluendis libris emolumentum percire studes.) Primum est, vt verborum delectum habeas, & congrua quæque eligas, cætera vero omittas. Aliud vero vt verborum delectu habito suis quibusque aptare locis scias, ita vt secundum propositum congruentissimè applicentur. His duobus tibi comparatis, non tibi ob-

C O N C I O N A N D I.

18

obstabant depravati moralis codices. Nam strenuus miles telis quibusq; vtitur. Et Saxon a fini mādibula tot, vt cernimus, inimicos solo eque uit. Ut tamen receptui canamus, sit omnium cōclusio, nullum adhuc librum esse editum, quantum præclarum, & egregiæ notæ, quin in eo nonnulla superaddere concionatorem oporetat: aut vero eatenus contorti sensus, & inueteratae, inusitatæque doctrinæ, quæ si, vt prælibatum est, mutetur, non nihil commodi percipiet.

Vt sermo Euangelicus compo-
natur, ac fiat.

Cap. VIII.

POSTQVAM Euangelij contextum satis intellectum, & prouisum habuerit, quam primum ex animo se offerat, & tradat Deo, qui nimur ait: Sine me nihil potestis facere. Summisque precibus ab eo contendat, vt sibi beneplacitum ostendere & manifestare dignetur. Hoc enim est præcipuum, & ante habendum in concionibus tam sibi, quam populo. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Non congruit Euangelico concionatori, ostentandi gratia, maximè vt pendatur, vel sapientissimum vt se omnibus præbeat, concionari. Hoc enim esset quasi aciem retundere gladij. Faciens Maximus Deus, vt garrulus duntaxat euadat, qui se ipsum, vt ostentet, prædicat: & Christum haud prædicat, nec collaudat. Concionatoris autem finis, & scopus is debet esse, fidelium animas in viam salutis redigere, & Dei honorem zelans (quem solo æquatum, & pessimum

10.15.

Mat.16.

M o n v s

datum cernimus) erigere, & quantum poterit,
efferre. Quo motus spiritu, quidnam prædi-
caturus est, identidem consideret, & animo e-
uoluat. Tunc enim pleraq; dicenda suppedita-
buntur, & conducibilia ei suggerentur. Euangeli-
j igitur contextu per authenticos, & egre-
gios (quos supra recitauimus) Doctores habi-
to, mox animaduertito de quibus ipsum Euangeli-
um vitijs virtutibusve loquatur, & quam
inde doctrinā haurire poteris, ad laudem vir-
tutum, aut eradicationem, increpationemque
vitiorum. Quibus sic habitis, & inuentis, ex-
ceptorum consulito quaternionem, in quo
communia loca excepta, & notata in laudem
alicuius virtutis, aut contrā vitij alterius incō-
modum, vel secundum aliam quamcunq; pro-
positum materiā videat, ut huiusmodi Euangeli-
j loc⁹ amplietur, doctrina, scriptura, & cōparatio-
nibus, alphabeticō codice desumptis. Et pera-
ctis iam elucubrationibus, & antiquis studijs,
vtatur quoq; labore, & vigilijs consequutus est.
Verum & huiusmodi loca propagare, exten-
dere licebit, si vicissim sacra euolueris Bi-
blia. Et mox sacra loca memoria recolens per
ipsas Bibliorum Cōcordantias percurras. Qui
bus sanè præstiterit, si ex varia Doctorum le-
ctione nonnulla in exceptorijs vtrisque libel-
lis adnotaueris. Cæterum quibus sors non ita
suggessit, vt eo ingenij acumine polleant, quā-
tum maximē ad hoc requiritur, librorum tabu-
las consulat, ex quibus planius doctrinam, de-
ducet: vt quos excitauit Euangelij conceptus,
aut literæ sensus exactè impleat. Ad hæc tamen
verbū Dei concionatores monitos, exoratosq;
velim, vt plerumque vniuersa Biblia euol-
uant,

uant, ita ut ex varia, & assidua lectione eorum loca memoriae tenaciter hæreant, & quo loci quæque pertractentur, non eos fugiat: Verū qui hoc studio adhuc indiget, propè est ut aberret. Quos & Concordantię aliquantulum iuuabūt. Sed plerūq; nihil videntur facere, ut isto liquebit exemplo. Ponamus quod prædicet Euangelium duodecimæ Dominicæ post Pentecosten, quo loci quidam legisperitus volens iustificare seipsum, dixit: Et quis est meus proximus? Natuum fere hominibus est, virtutis prætextu propria crimina palliare. Plerique sunt iudices, & præpositi qui in aliorum capitibus iram exercentes, iustitiæ prætextu simulant libidinis morbum. Vrbis quidem rector, qui turpis lucri cupidus est, ut frumentū vēdat ob boni quidē publici commodum se autumat recōdere, nec cōmodi sui causa id prorsus faceret statut. Hic legisperitus legis præcepti cum prævaricator extitisset, ut pote iuxta proximi sui a morem deficiens, seipsum iustificare intendit sub ignoratiæ ipsius præcepti tegmine. Itaq; abs que vlla honoris sui iactura volunt homines improbi fieri, & quod deterius est, non solum non mittere, verū & comparare illum student; cùm tamen in officio non sint. Hic sanè conceptus & consideratio Scripturæ exemplis extendi debet. Ut si dixeris; Absalon imperium patris usurpare conatus, versutè regi dixit: Vadam, & reddam vota mea, quævoui Domino in Hebrō: 2. Reg. 15. Vouens. n. vouit seruus, tu^o, &c. In Hebron ete nim Adami, Euæ, Abrahami, Isaac, & Iacob corpora iacent. Hic versutus sub palliata votiuæ peregrinationis sanctimonia tyrannidem exercere machinatus est, ut ita regnum patris usurpa-

M o d u s

Surparet Aman quoq; Assuero Regi dixit: Op
Ez. 3. timè nosti, quod non expediat regnotuo, &c.
Tibi, si placet, decerne ut pereat, & decem mil-
lia talentorum appendam archarijs gazætuæ.
Creuerat enim indignatio Aman, & stomacha-
tus, Iudaicam euertere gætem studebat, eo quod
Mardochæus genulectens, eum non adorasset:
& qui odij languebat ardore, ut regi serui-
tium exhibeat, & regno ut comparet commo-
dum, se simulat facere. Herodes Christum Do-
minum ab incunabulis occidere volēs, qui sub
humilitatis, & sanctimoniae prætextu dixit Re-
Mat. 2. gibus: Ut ego veniens adorem eum. Iudas præ-
varicator, turpis luci cupidus, & auarus: erga
pauperes & egenos se pium & misericordem
Io. 12. ostentat dicens: Nonne vnguentum istud po-
terat venundari multo, & dari pauperibus? S. ve-
rò Ioannes subdit, Iudam non hoc dixisse, quia
de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur-
erat, & loculos habens. Modo dicito mihi,
precor, numquid huiusmodi authoritates ex Bi-
bliorum Concordantijs hauriri poterūt? aut si-
milem huic apud eas doctrinam inuenisti, ut
mentis ille conceptus adimpleri possit? Allu-
dendum igitur tibi est ad hoc, ut concio ex-
ætè fiat, & digressiones authoritatib. confirmè-
tur, quas quidem ex scripturæ contextu deduxi-
sti, præ oculis, ne dixerim ex corde Bibliorū cō-
textū habeas. Nec te eo adstringā, nam nostræ for-
san limites fortis transcedit. Quāuis, ut cōiecto
sancti Doctores, ut Bernard°, & alij hoc eodē mo-
do eam tenebant ut scriptorum suorū idiomata
præse ferunt, qui veluti quotidiano, & quasi na-
tiuo sermone, sacra scripture vtuntur. Saltē ve-
rò nonte lateat quonā loci vniuersæ materiæ
per-

CONCIONANDI.

20

pertractantur, ut secundum tibi propositum eorum congruentia loca aptes intentum. Plerique scriptorum, ut Iohannes Ferus, & alij, egregia sanè nobis documenta suggerunt. Ceterum ea nec authoritatibus comprobāt, nec scripturæ sacræ exornant exemplis. Qui quidem cum prædam solum excitent, hanc tu inseparari debes, & sacræ scripturæ authoritatibus vndeque septem ornare: ut in sequenti capite videre licebit. Qua propter prædicto modo Biblia tenere debes: secus tamen digressiones ampliare, dilatare nullatenus poteris, quamvis Concordias Bibliorum consulas.

Insuper aduertendum est Euangelico concionatori, ut in ipsius concionis digressionis exordio subtiliorem theoricam, & acutiorem doctrinam proponat, & eo modo exordiatur, ut audientium excitet affectus, ut aures præbeant attentas, ac maximo dicendorum desiderio capti, ab ipsius ore pendeant. Tunc enim iunis, & parcis mentibus cum sint, & minus legis, ingenijve parum onustis, quamlibet acutam, & subtilem doctrinam percipiunt. In medio tamen ipsius concionis trita, & magis communia ingerat. Dum perorat tamen, & ipsi concioni finem imponit maximè utilia, & cordis compunctionia, deuotaque ingerat. Itaque in concionis exordio attentionem captet, & tandem moueat affectus, instar optimi Rhetoris. Quæ doctrina est Quintilianus in suo rhetorices libello. In exercitu namque probè disposito, veterani, & fortissimi quique milites præeunt, & terminant aciem: in medio tamen tyrones, & debiliores milites vagantur. Sic debet præordinari concio.

De

De digressionibus. Cap. IX.

Oportet eum, qui prædicat, per Euangelij contextum paraphrasibus percurrere atque ipsum dilucidare, & in quibusdam eius locis, doctrinalibus digredi documētis. Digressus quippe dicuntur cum ipsius Euangelij literam enarrantes, aliquam doctrinam exinde deducimus: & mox ad ipsam Euangelij literā reuertimur, vt eius enarratio continuetur. Cuius modi dicendi characterem D. Chrysostomus obseruat. Sic & concionator debet facere Euangelium enarrando, doctrinam interim deducat: & mox ad ipsum reuertatur contextum, vltimam periodum subsumendo cum eo, vnde exiuit, puncto connectat. Ut si Euangelium Dominicæ quartæ post Pascha prædicet in illud verbum. Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos, dicet: Bone Deus nunquid tu paracleto contrarius es, qui subdis, necessum fore vt ille mitatur, te hinc discedere? Nunquid suppetias ad uerius alnum Spiritum fers? Aut vero peccatum mortale es tu, qui eius aduentui resistis, & obftas? Christus Dominus secundum humanā naturā erat Spiritus sancti quasi exceptor: & ille, quasi hospes erat Christi Redemptoris nostri. Ut cùm princeps, aut Rex aliquam ingreditur urbem, ei quam primū receptacula (qui principem, aut Regem hospitio excipit) parat, & sordibus mundatis, tectorumque puluisculis excussis, omnem suppellestilem aliò portari iubet: insuper & eius colonos, & habitatores domus inde abire. Eodem pacto B. Apostoli Dei, sanctimonia, integritate, & pro-

10. 16.

CONCIONANDI.

12

probitate quamuis prædicti, at corporali Redemptoris præsētia capti, pro eius absentia maxime dolebant. Quod si huiusmodi honestus erat amor, terrigenis tamen subsapiebat puluis sculis: qui huius sæculi præsentibus tenebantur, ut erat Christi humanitas. At Redemptor noster huius amoris labem expiare volens, & quasi electrum examinare, hoc ita expediebat fieri modo, ut ipsius orbati præsentia, veniens patris Spiritus, in eorum viscerum receptaculis se se ingereret. Quod si Dei Apostolis utique probis, & paupertatis sanctissimè sectatoribus, qui ut Deum diligenter, cuncta pro nihilo reputauerant: & aliquo præsentium amore adhuc cum tenerentur, ab eis dimoueri necessum erat: quomodo eundem in nobis spiritum recipiemus, cum adhuc terrenis simus rebus deterti, & in profundō peccati immersi & in carnis spurciis volutati? Verum qui S. Spiritus gratia imbui desiderat, a cunctis abhorreat terrenis voluptatibus, necessum est. In cordibus namque solutis, & omnino expeditis Deus inhabitat. Fulgidi namque Solis radijs illuminari sive lis, tergum verte ad umbram: defere huius seculi lutulenta prædia, & conuertere ad Deum: Ab eo namque illuminaberis. Filii Israel non gustauerunt manna, nec panem Angelorum manducauerunt, quo usque panis Aegyptius consumptus est. Cuiusmodi in nobis sancti Spiritus gratiam non recipiemus, aut eius dulcedinem degustabimus, quo usque inanis, ac prophanus amor discesserit. Quapropter Iacobus Dei Apóstolus inquit: Nescitis quomodo amicitia huius mundi, inimica est Dei. Quicunque ergo amicus voluerit esse mundi huius, inimicus Dei constitui-

Exod. 16.

Iacob. 4.

M o d u s

stituitur. Vnde illis infelicissimis Samaritanis, de quibus sacra scriptura ait: Qui cum Deum tolerent, Diis quoque seruiebant suis. Huiusmodi nefandis mundus pullulat hominibus: qui ad perenne gaudium cum anhelent, suas quicquidem voluptates sectantur, & idolis seruuntur &c. Quam correptionem extende, & amplia: Ad hunc modum in quolibet Euangeliō duas, tresve, ad summum quatuor existet digressio- nes: hasq; insectetur, & in eisdem moretur ut astantiū moueat animos. Quārumcum postrema digressione concionē absoluat (si omnino Euā gelij contextus sit prædicādus) quā & maximo spiritus ferore terminet, & perstringat. Quod si digressionum sarcinam multiplicas, nullatenus ex quavis illarum sufficientem doctrinā exhausties. Hoe enim esset quasi multa apponere, & nihil omnino degustare, aut emolumēti quicquam capere. Et propterea non oportet ut multas congerat digressiones, sed paucas: quas ampliate debet. At in reliquo Euangeliō ne moretur: sed literam explicando cito trāseat. Quālibet autem digressionem debent comitari, & eis connectere, utpote in autoritate, comparatione, atque exemplo, ex veteri testamento de sumpto denique vitiorum fiat taxatio ut doctrinæ ratio postulat: ut in prædicto exemplo liquido constat. In eo namque comparatio fuit de regis exceptore & exemplum faciat scripturæ de farina Egyptiaca. Et autoritas fuit D: Iacobi Apostoli. Denique correptione quadam completa est cum exemplo de Samaritanis. Verum ut hoc planius fiat, aliud intuper addam exemplum. Cum sece offert Euangelium Dōminicæ prius post Pentecosten prædicandum: in illud quod

quod Christus Dominus ait: Nolite iudicare eis non iudicabimini. Pessimum quidem est aliena rimari corda, aut de proximis male & audacter iudicare. Nam si aulam regiam adeas, quam adhuc nemo coluit, mox impluuium herbis consitum cernas, araneis laquearia velata, ruinam minantes utrinque parietes, vespertilio-
num, & murium receptaculis & cuniculis undique: labefactata. Quibus visis obstupefactus, queris. Nunquid cogruum videtur, hasce egre-
gias aedes talem ruinam pati? Dicent tibi quoniam primum ex eo labefactatas esse, quia ab ea-
rum Domino non coluntur. Sic habet cor tu-
um: eandem ruinam, & detrimentum patitur
anima tua: dum tecum non inhabitas, sed aliena rimaris corda. Quapropter regius ille *Psal. 50.*
Psaltes dixit: Dereliquit me virtus mea, &
lumen oculorum meorum; & ipsum non est
mecum. Non quod luminibus, seu corpo-
reis oculis priuatus esset: sed quia studium &
operam, quam adhibere tenebatur, ut suam
vitam examinaret, & corrigeret, in alienis
examinandis cordibus consumperat. Dum ar-
cam foederis Philistij restituerent filii Is-
rael, quam Bethsamatæ inspexerunt, propter-
ea Deus septuaginta primates eorum occidit,
& ex plebeis quinquaginta millia hominum.
Ne dum corda hominum magis quam tabulae il-
lae, aut virga, & manna, quæ in arca condita er-
rat, latitabunt? Pari modo quidem maximus De-
us puniet, & strictissimam ponet rationem cum *Hebr. 9.*
his cauillatoribus, & alienæ vitæ scrutatorib⁹.
Nunquid huius vitæ curriculum adeo longe-
num est, & tibi, versute, abundat tempus, ut alios
dijudices, & seuerè examines? Audi ergo apo-
stolum

2. Reg. 6.

M o d u s

Rom. 13:8. stolum dicentem: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. Numquid si (illotis, ut aiunt, manibus) cuiquam liberet, inuito principe, vni praesesse vrbi, eamque regere, & causas iudicandas suscipere, impune ferret? siquidem læse maiestatis crimen commisit. Quare tu, o Christiane, Dei munus, ut pote alienam vitam dijudicare temerè, & audacter usurpas? Miserabilis te manet exitus, & inexcogitata te expectant suppicia, qui tantum dolum orditus es, & graue crimen commisisti. Nolite ergo iudicare, ait Dominus, & non iudicabimini: scilicet, iuxta hoc dijudicandi crimen. Videte, nequaquam iudicetis: quod si feceritis: Mensuram bonam, & confertam. Et nobiscum probe fiet. Si ergo degressio fiat, & mox ad punctum Euangeli, vnde exiuit, reuertatur. Verum ne longius eò digrediaris: ut quam via reuertaris, aut vero vnde existi prorsus ignores.

Vti ampliandæ, & dicendæ sint digressiones.

Cap. X.

VT autem ex Euangeli contextu digressiones possint deduci, debet ipse concionator inter Euangeli historiam intercapedines & interualla quædam facere. Quibus in locis digressiones ingerere, & aptare poterit. huiusmodi tamen digressiones hæ sint, quæ ad virtutem secundam animos excitent, & trahant: aut vitium subterfugere moneant. Alias esset temporis iacturam facere, & nihil omnino emolumenti capere: ad hæc, audientium animos offendere. Nostri namque muneris est, dum suggestum ascendumus, magis ut fidelibus proximi,

CONCIONANDI.

25

simus, quām vt acutissimis quæstionibus, & fucatis rhetorum, & poëtarum verbis eorum mētes imbuamus, quod magis ad scholas attinet. Itaque inter exponendum Euangelij contextum, cūm ad eum fuerit locum deuētum, à quo digrediendum est, axioma quasi quoddam rei fundamētum proponat: in quo & prædicandæ virtutis commodum efferatur, & vitij illius pernicies taxetur, & ab audientium animi stol-latur. Voluntatis namque obiectum, bonum cū sit, atque id ipsum appetit: & malum sub ratio-ne mali, abhorret, & execratur: præstat ad hoc prædictum introitum sumere, & mox quadam collatione, authoritate, & scripture illud cor-roborare. Quod in prælibato satisliquet exem-plō. Perniciosum, & valde nocuum est, alienā inquirere vitam. In primis namque inculte do-mus exemplo fulcitur: deinde psalmographi authoritate fouetur; mox Bethsamitarum exem-plō confirmatur, qui arcām foederis inspexe-runt: & tandem correptione facta, perficitur, dicta Apostoli authoritate: dummodo correptio in finem seruetur. Nihilo secius tamen hic ordo mutari poterit: prout Euangelico concio-natori videbitur. Et ita quandoq; licebit, post ipsam propositionem, & fundamentale axio-ma, statim ipsam ponere authoritatem, mox cōparationem, deniq; vero scripturam inferere. Alias licebit intrare scripture, authoritate, & tandem collatione. Hoc hucusque prælibatū est, vt satius digressio dilucidari possit, varijs inquam vtens medijs, vt ita pellecta voluntas trahatur absque eo quod iterata verba vicissim repetas, que fastidire videntur. Hanc seriem D. Chrysostomus plerumque obseruat in suis Ho-

D

mi-

M O D U S

tillijs, in digressionibus, quas facit. Ad hæc li-
tet notare, ipsam digressionem quocunq; pos-
se diuerti, aut ipsa propositione, & autoritate
dumtaxat: & mox ad ipsum Euangelium reuer-
tatur. Hoc placuit aduertere. Nam vt exactè fiat
concio, expedit nonnunquam priores digres-
siones nō ita ampliare: vt vltimis latissimus di-
cendi cāpus, & fandi copia præbeatur. Vbi rhe-
torices documentum planè obseruatur, nec nō
in Tragicis fit actionibus. Dum enim Rhetor,
aut Tragoëdus ineunt actus, mites, & sedati ex-
ordiuntur: qui quasi succensi perorant, &
terminant actiones. Eiusmodi concionator
dum sumit exordium, prius item contextus, &
digressio vna dumtaxat comparatione, & ea
breui finiatur. Secunda autem digressio lon-
giuscula: tertia adhuc longior fiat, & magis
ampla. Quarta & vltima longior fiat, & cum
maximo spiritus fertuore ad finem usque con-
cionis ducatur. Hos quidē obseruabat affectus
Tullius ille eloquètissimus, dum causas defen-
dendas suscepérat, plerisque in locis iam pero-
rans Iudicium excitabat animos. Sed finis sit (ip-
se aiebat) nec enim præ lachrymis iam loqui
possim, &c. Vos oro, & obtestor, iudices inte-
gerrimi, &c. Insupèr aduertendum est ne Euan-
gelicus cōcionator in hisce digressionibus eo
sit ligatus, & parcis, eoq; cōpēdiolis vtatur ver-
bis, vt ipsam propositionem strictissimis, & sub
obscuris terminis coarctet. Quòd si hūc propo-
nendi modum sibimet liceat obseruare, non au-
tem erga populum: verum expeditis, & dilu-
cidis satis, verbis vtatur. Quā propositionem
satis, superq; satis debet ampliare, & cū synony-
morum copia vicissim repetitis extēdere: & vtri-
que

CONCIONANDI.

24

que se vertat circū circa prospiciens auditōriū.
 Exempli cā in dicta propoſitiōe. Turpe est alie-
 ham vitā dijudicare. Si quis adest, qui huc venit
 propriā salutem exoptans, hoc ſibi ſuadeat, ter-
 ribile quidē eſſe de proximis, malē ſentire. Ne
 fandū; & tetrū nīmī ſt̄. & Deo odibile, alios
 temere, & audacter iudicare. Quousq; abuteris
 ḥ Christiane Dei munere? Quamdiu hoc mun⁹
 tibi adſcribis? In quem finem veſtra ſeſe ef-
 frānata iactabit audacia, qui alienā adhuc in-
 quirere vitam non dēſtitit? Et mox compara-
 tionē ſummat. Idē omnīnō licet aduertere, iuxta
 comparationem, authoritatē, exemplum, &
 ſcripturam. Hic eſt egregius valdē, ornatissime
 modus in enārrādis pūctis digreſſionū: ut po-
 te multifariā, multis vocib⁹, ac varijs enco-
 mijs, vt probē ſuadeant, & aſtantium moueant
 affeſtus. Nō ſecūs qūi cathedrā prælecturi ascē-
 dūt, parce Discipulis dictāt, & modice documē-
 ta ſuadent, ſummis quaſi labijs ea pertingūt, &
 mox ultra gradiſtūt. Quibus maximē cōducet
 ſi cōcionator ea polleat facūdia (vernaculi,
 quod aiunt, ſeu Rōmani idiomatis) ut ſic peritē
 & lepidē prædicans, ab omnibus percipi va-
 leat. Hæc ſi foſs non ſuggiferit, hoc ſibi
 refugij reliquum eſt; dumtaxat, ſeſe in cubile
 abdat, ac mente, animoq; euoluat, quas habet
 digreſſiones prædicare: & ſic variam excogita-
 re ſupelleſtilem verborum, & artificiosē men-
 te fabricare, vti vnum varijs nuncupetur nomi-
 nibus. Adhæc tam priuatis, quām publicis fa-
 piētum eloquijs aſſtefactus plerumq; adſit. Et
 in sermonis ſtylo, & ſdicēdi norma ſtudeat: qđ
 ſi hoc ſibi conſilij ſumpferit, & in hoc valde ex-
 ercitatus fuerit, ea deniq; pollebit facūdia, vt

M o d u s

quod breui comparauit studio , in posterum,
maximum sibi emolumentum futurum speret.
Vti digressiones inueniantur.

Caput X I.

VT longè lateque concionator possit digres-
siones venari ad modum iam dictum, ad-
uertendum illi est, multis, varijsq; medijs pos-
se vti ad hoc, vt aliquid suadeat, vt ex Rhetori-
ces documētis liquet. Primò, illud fore securū,
iucundum, facile, necessarium, utile, iustum, &
valdē honestum, suadens. Quòd iucundum, vti
le, & necessarium illud sit, à contrarijs ostēdat.
Nam cùm idipsum iucundum, gratum, & de-
cens sit : hoc difficile, acerbum, & decens
valdē est. Ita quidem quicunque suadet, hæc &
similia media habet subsumere: vt audiētum
moueat affectus: velut si diceret. Hoc fieri de-
cet, quia valdē securum est: & mox collatione
facta, quomodo hoc ita sit, ostendet. Quo finito
aliud medium. Quod illud sit iucundum osten-
dens: quod authoritate comprobet. Deinde in
prædicta digressione vniuersali, comparatio-
ne facta, licebit mediū ponere, quod utile, aut
nociuū illud esse dicat: dūmmodo hæc compa-
ratio illud medium explicet. Nec nō & autho-
ritas confert vt medio contrario illi, quod suā
deri intenditur, applicetur. Nam secundū Phi-
losophi sentētiam, Cōtraria iuxta se posita ma-
gis eluescunt. Qua quidem authoritate finita,
accedit sacræ scripturæ exemplum iterum con-
firmando, quod maximè congruat id, quod in
propositione vniuersali assumptum est, fieri,
ex eo, quòd utile, & honestum illud sit. Et hoc
explicabis sacræ scripturæ exemplo. Hoc facili
negotio inuenies, vti quæcunque amplietur
di-

digressio. Cuius exemplum in dicta digressione habetur. Quæ quasi omnium dicendorū exemplar debet esse. Turpe est alienam inquirere vitam. Hæc est propositio, & dogma vniuersale. Ad hoc roborandum, & suadendum, primū medium subsumptum comparationē intravit. In quo planè ostenditur quantum sibimet noceat, qui alios temere, & audacter iudicat. Nam quemadmodum si propriam domū desereret, diuturnitas téporis in causa esset, vt labefactata ruinam minaretur. Idem eueniet ijs, qui alienā vitam librātes, à se prorsus discedūt. Qui quasi longinqua petentes loca, sole cœlstantur, & aliena prædia inuadunt. Declaratum est hoc medium, ostendendo vitij huius nōumentū psalmographi autoritate dicentis: Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Tertium verò medium assumptum ad mouendum, fuit illud primum confirmare, scilicet, hoc temerarium iudicium obesse nimis, sacræ scripturæ exemplo fulcitum; Dum tot ex Bethsamitis Deus occidit explicando, propterea quod arcā fœderis temere, & audacter inspexerunt. Hinc sanè commodum est subsequutum, & eis adueniet, qui alios non iudicauerint. Mensuram bonam & confertam: quam obtinuerunt, qui ab hoc se cohibuère iudicio. Itaq; si probè conspicias, gemino dunat rhetorices medio hæc digressio increscit, & augetur: nimirum temerè iudicandi nōmentum, & contrariæ virtutis utilitatem ostendendo. At quia hoc primū medium comparationem intravit, non fastidiet: quamuis compariatio, & scriptura idē sint. Obiter tamen duo licet notare, ne loquēdi & procedēdi series fasti

M o n u s

dium pariat, huiusmodi ordo obseruetur.
Vt dum ponitur quoddam medium, statim
eius contrarium sumatur: & mox ad primum
reuertatur, scriptura, comparatione, & authori-
tate. Deniq; aduertendū est, quod ex prædictis
satis liquet, quemadmodū quālibet digressio-
nē magis, ac magis ampliare pōterit. Nam si in
duobus medijs præscriptis duntaxat, serie iam
dicta obseruata scilicet authoritate, compara-
tiōe mensuratis eo ampliari cernimus. Quid
si authoritate, scriptura, & comparatiōe hoc ge-
minum fulciatur medium?

Vti comparationes inueniantur.

Cap. XII.

O P O R T E T eum, qui comparationes de-
ducere, & inuenire studet, prius illud,
quod habet comparare, conspiciat: & instar
cathegoricæ propositionis terminis perstrin-
gat, subiecto, copula, & prædicato con-
stans. Vt si hoc comparare plaquerit: Præ-
stare nimis peccatum excutere, & ab eo pro-
tinus discedere. Hanc propositionem in mente
reponat, quæ subiecto, copula, & prædicato
constet, dicens: Homo peccare desinat quam
primum. Hoc ita habitu sciendum illi est, com-
parationem posse fieri, aut in subiecto, aut in
prædicato, vel in ipsa copula, aut in tota pro-
positione, vel in duabus partibus duntaxat.
Verum dum magis completa fiet comparatio,
elegantior, pulchriorque erit. Et notare li-
cet ipsam, quam assunit comparationem, ma-
xime debere assimilari propositioni, & quod
sit literæ congrua similitudo, urbana, domesti-
ca, non extranea, & a communi loquendi vſu
ab-

abhorrens. Propterea quae in toto, vel in parte ipsa collatio, & res, quae fertur, communicaent, velut ea, quae natura symbolizant, siue bonum, siue malum illud sit. Nedum si sit opus diuersa creaturarum genera tam turpis, seu noctiuæ qualitatis, quam boni genij, & naturæ, ut completa ipsa comparatio fiat, vel in parte inquirat. In dato exemplo inueniemus subiectum quod est, homo, & illud est quid bonum: Et prædicatum quod est peccatum, & illud est, quid malum, seu nocuum. Modò ad aliquod malum comparandum, pleraq; sunt turpis notæ, & qualitatis, quæ in toto, vel in parte assimilantur. Ea sunt latum, toxicum, aspis, venenum, captiuitas, vlcus, limus, basiliscus, &c. Vthominem frugi significemus pleraque sunt eximiæ naturæ: quibus salutē in parte licet cōparare. Ea sunt sicut Sol, ether, Princeps, & huiusmodi cætera, quæ bonum in toto, vel in parte dicunt. Sunt & alia multa, quæ suapte natura symbolizant, aut ex arte conueniunt cū humana natura. His ita præhabitæ facili negocia comparationē quamcunq; inuenient, ut vtraq; extrema, vel singula dūtaxat conferatur. Ad ipsum namq; verbum facile inuenietur comparatio. Illud enim mēte percipiēs facilimē cōparabit illam propositionē. Vnusquisq; fugiat peccatum: ad hunc modum cōparatio fiat. Nonne si ad lapidem offendēs rueres, protinus surgere, & stare conareris? Nunquid si vipera, aut basiliscus in tuū reptitans pectus irrueret, mox discuteres? Quare igitur erga peccatum non te geris hoc modo: quod paulatim in profundum te ducit Inferi? Hic & in similibus comparationib; solūm peccatum fertur, quod prædicati-

M o n s

rationem sortitur duntaxat: subiectum siquidē adhuc non comparatur: Quod si placuerit in genere, hoc fiat modo. Nōne volucrem ab aucto deceptam, retibus illapsam, alis concutere pectus, & huc, illuc volitantem, laqueum euadere anxiè quārentē vidistis? Eiusmodi te, ô miserande, qui in peccati illapsus es pelagus, atq; hostili manu oppressus mox audere decet, & helluonis inimici manibus elabi. Nunquid regnum si compilasset Turca, principem nostrū manibus post tergum habere congruū esset? insuper & solium latus teneret suū? Nonne mox accinctus bella daret? Cur igitur, ô miserande, hostile non fugis Imperium: & peccati labem dolore transfixus non expectoras, & eliminas? Hoc ipsum debet obseruare cōcionator, quod data comparatione, fiat digressio: eligat mediū quod placuerit, & illo comparationem intret, quodque in mente reponat, instar cathegoricæ propositionis, & ita subiecto, aut prædicato illud comparet, vel vtriusque, vt dictū est. Quod insuperius facta digressione factum cernimus. Datis namque subiecto & prædicato in illa propositione, Odibile, & perniciosum valde est alienam inquirere vitam: assumptum prius medium ad hoc confirmandum quadam comparatione sua simus, vtpotè maximum nocūtum, quod eos subsequitur. Vbi comparatio solum cum subiecto intravit. Vt cū dicimus, Per aliena prædia vagantes, & propriam deserentes domum, vt reptilium habitatio fiat, & tandem ruinam minetur: hi quidem insani putandi sunt. Huiusmodi inueniēdi comparationis modū, non posthabendum censui, nec ab Evangelicis propugnatoribus ex eo, quod nimis laborio-

CONCIONANDI.

27

boriosus, implicitusque sit, omittendū. Quod si in principio non nihil difficultatis inuoluat, breui tamen téporis vsu omnē claritatem, omnemque perspicuitatem obtinebit. Ita ut prædicto discursu probè habito, pleraque fere offerent comparationes, prout libebit, nec ingenti labore, opera, aut studio adhibito. Has quidem comparationes non decet vilipendere, quippe cum lepores quidam sint, & qui concionē, maximē decorant: Quibus & ipsum Euangelium scatet, & Prophetiæ vndiq; plenq; sunt: & Christus Dominus, ut planius ac luculentius suam doctrinam, ac dogmata traderet, & vt tenaciū cordibus audientium adhæreret, comparationibus, ac parabolis vtebatur. Ad eas verò, quas Euangelicus concionator comparationes inuenierit, ut dictum est, plerisq; alijs licebit comparationibus vti: & quibus abundat Chrysostomus: & nostris extat temporibus Hector Pintus in Esaiam, & Ezechielem Prophetas, egregijs quidem, & acutis comparationibus assidue munitus: & Paulinus in suis concionibus. Et Ioannes de sancto Geminiano, qui exactum ex his comparationibus librum edidit.

Vti authoritates inueniantur.

Caput III.

VT autem facilius sacræ scripturæ authoritates inueniri queant, illud expedire videtur, ut singulis diebus concionator Euangelicus non nihil scripturæ lectioni vacet, eamq; quotidie perlegat. Et, ut superius diximus, albeolum, seu exceptorium quaternionem habeo cum indice alphabeticis characteribus signatum, in quo sua serie virtutum, atque vitio-

M O D V S

rum, insuper omnium, quæ ad suggestum spe-
ctare videntur, inscriptiones, seu tituli sunt.
In quo albeolo excipio quascumque inuen-
tis authoritates; prout tabula indicat. Biblio-
rum tamen Concordantijs hoc vti licebit mo-
do. Consule prius vitij, seu virtutis prædicant-
dæ authoritatem in illius titulo in Concordá-
tijs. Vtpote acturus de fide, in verbo (Fides) aut
de superbia, in verbo , (Superbia, superbis, &
superbire.) Quas quidem authoritates licebit
examinare, & perpendere num proposito con-
gruant . Ad hæc Bibliorum contextum con-
sule, & exactè perlege: quod si èquè satis ad rem
fecerit, deducito, & excipito illā: sin minus vi-
cissim Còcordatijs euoluito, quo vsq; congrue-
tem authoritatem inuenieris . Si verò de neces-
situdine, & decentia bonorum operum sit præ-
dicandum, & de fide formata , & adhuc quod
mera fides nō sufficit ad nostram salutem: iam
dictas Bibliorum Concordatijs consulito, ut
exactè hoc ipsum compleat, nimirum in verbo
Fides. Cui quidem verbo pleraque tam Nouæ
quam Veteris legis authoritates alludunt. Pro
uerbiorum quinto decimo. Ecclesiastici primo
vigesimo quinto, trigesimo secundo, quadrage-
sim quinto. Abacuchi secundo. Matthæi septi-
mo. Prima ad Corinthios, duodecimo. Ad Ga-
latas quinto. Ephes. tertio . Prima ad Timotheū
primo. Ad Hebræos duodecimo . Sancti per fi-
dem vicerunt regna , operati sunt iustitiam.
Iaco. secundo. Quæ omnes authoritates fauēt,
alluduntque fidei charitati annexæ , quam vi-
uam fidem appellamus. Et si omnes ferè de vi-
ua fide intelligi poterant . Quia analogum per
se sumptum, stat pro famosiori, seu principalio
ri fig-

ri significato, ut in Logicis institutionibus ha-
betur. Vt pote si quispiam alicubi hominem es-
se indicaret, sanè de homine viuo habet intel-
ligi, cùm mortuus nō sit homo, sed per addita-
mentum dumtaxat. Ad hunc modum quando-
cumque sacræ scripturæ documentum nos do-
cet quod fides iustificat, & huiusmodi reliqua
de viua fide, non autem de mortua habet intel-
ligi. Sic Euangelicus concionator poterit Bi-
bliorum Concordantijs vti, & conferat se ad Bi-
bliorum contextum, & cōsentanea ex inde suo
proposito eligat, & reliqua missa faciat, vt di-
ctum est. Interim tamen concionator attendat
ne has, & similes authoritates distorqueat, &
(vt aiunt) capillis trahat, sed in literali, germa-
nove sensu eas referat. Magno nanque vitio cō-
cionatori vertendum est, quod veritatis inda-
gator cùm sit, pleraq; irrationalibilia, & literæ
absonta, & minimè consentanea applicet ad
alium longè finem, quām verba Euangeliū di-
cta sunt. Quod maximè cauendum est, ne sapiē
tes quiqe & prudentes viri sibi astantes, irri-
deant. Ad hoc iuuabit nonnullos satis egre-
gios, atque insignes ad literæ contextum dilu-
cidatores habere, & tam præcedentia, quā sub-
sequentia verba consulere, ne ab re quidquam
dicatur. Extant etiam nonnulli libelli, seu qua-
terniones quorundam authoritatum, cuiusmo-
di sunt Flores sacræ scripturæ, Exempla scrip-
turæ, & pleraque alia, quæ non occur-
runt: cum Guillermi Peraldi de
vitijs & virtutibus qua-
dam summa.

(.:)

M O D U S

Vt exempla sacræ scripturæ inueniantur.

Cap. X I I I .

QUOD autē in superiori capite duodecimo diētum est de comparisonibus, maximē quidem videtur facere ad sacræ scripturæ exempla, de quibus præsens vertitur sermo. Et si quidem id ipsum scripturæ dilucidare tenetur, in propositionis modum redigat oportet: atq; omnes ferè sacræ scripturæ historias perlustrat atque euoluat necessum est. Num quæpiā sint, quæ ad rem videantur facere secundum illam doctrinam, quam habet prædicare. Quibus sic habitis, cum verborum delectu, vt satius fieri poterit, applicet intento. Quæ quidem scriptura ad modum exempli aptanda est, vt superius capite nono prælibatum est. Et Absalonis, Aman, Herodis, & Iudæ exemplo comperimus. Inter agendum namque de ijs, alij quos tñ mere dijudicant, Bethsamitarum historiam, acerbumque retulimus casum, & miserabilem ruinam: propterea quod arcam Domini audacter inspexerunt. Verūm vt hoc magis planum fiat, & me ab hisce expediam, aliud ponam exemplum. Demus, verbi causa, quod quidam cōcionator pergit enumerando criminis, seu noxæ nocumenta: interim tamen inuenire cupit aliquod sacræ scripturæ exemplum, in quo ostendatur, vt peccatum pusillanimis, atque eneruatos, omninoque debiles reddit, & ad bene operandum omnino impotes, & pigros. Modò aduertendum est in eo dunt taxat totius rei negotium consistere, vt aliquem ex sacra scriptura compares, qui propter peccatum pusillanimis & effeminatus extit: &

CONCIONANDI.

29

tit: & hunc fert. Quod sanè fieri, ac sese statim offeret, si (ut dictum est) per vniuersas Bibliorū historias discurras, & has mente vicissim euol uas. Quām primū enim si debile simul & pec catores quāras, adest Cain, qui postquam deli- *Gen. 4.*
 quir, ad Deum se conuertit dicens: Omnis qui inuenerit me, occidet me. Nunquid, o Cain, par uulus, seu foemineum brachiū, virile pectus ex pugnabit, tuum? En fragilitas, en deliquium animi quod peperit peccatum. Non secus ac si iij Iacob sese offerent, qui eò viribus pollebat, *Gen. 24.*
 ac robore vigebat, vt solum Leui, & Simon Si chen aggredia ausi sunt, vindictā fumentes propter scelerā populi. At postquam deliquerunt, & quasi liudi machinati sunt malum Ioseph fratri suo, sibi inuicem animum adhibentes, dicebant: Venite, & occidamus eum, & mittamus *Gen. 37.*
 in cisternam veterem. Vide vt contra parvulū, decem viri insurgere nituntur. En peccati fragilitas. Et criminis quaestatio. En vitij desidia. En noxæ inertia: & quam germinat ignauiam, aspice, vt fortia comprimat pectora, atque ereta humiliet. Insuper et Sāson sese ille offeret, qui ardenti animo, eximioq; labefactatus amo re, quo Dalidam suam prosequebatur. En vires iam amisit, omnemque fortitudinem perdidit, *Iud. 16.*
 postquam tonsis crinibus fuit. Quo quidem ex emplo narrato, totiusque historiæ cursu dicto, vt Dalida Samsoni maximè indulgebat. Verū quid indē? Maximum vtique nō documentum succedit. Mox crinium tōsio: deinde vires vt amitteret, subsequutum est. Quid tandem? vt lumenibus utrisque priuatus, molere eum fecerint. Eiusmodi inimica caro suis blanditijs, & illecebris velatis, atque captionibus, aduersus spī ritum

M O D U S

Fitum insurgit, teneras quasi amicitias iniens;
instar Dalidæ Samsonii, & morti nos tradit. Ca-
ro, namque, concupiscit aduersus spiritum,
Galat. 5. & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi in-
uicem aduersantur: ut non quæcunque vultis;
illa faciat; vt Paulus inquit. Hinc ortum ha-
bet, vt omnem gratiae vim, omnemque energi-
am amittat: atque liberum arbitrium & ita de-
bile, & penè languidum remanserit, quod si nō
peculiaris Dei auxilio surgere nequeat. Quod
si de Pharisæorum calumnia, atque verutia
prædicet, qui ad Christum venientes, anxias
quæstiunculas, dolosis prætextis verbis obtu-
lerunt, eum coram laudantes, verum clam de-
trahentes. Tunc temporis, vt dictum est, euolu-
to quasque sacras historias. Et adeo tibi Ioab;

3. Reg. 20. qui sereno vultu Amasa fratrem suum saluta-
uit, & pacis osculum dedit, verum pugionis i-
stu eius transfixit tergum. Et mox Absalon, qui
sub regionis prætextu, & sanctitatis tegmine
facultateni eundi in Hebron a patre postulauit
vt vota, quæ altissimo vouerat, redderet, finges.

4. Reg. 15. Ut quid? Regi dumtaxat vt dolum machinare-
tur, regnumq; compilaret patris. Quod si lucti
turbis cupidorum depravatam, & abstrusam
intentionem ostenderet conari, adsunt tibi A-
2nd. 9. bimelech Gedeonis filius, & Absalon David na-
tus, & Adonias, Ierobeam, Athalia, & alij quam
plurimi. Libellus etiam cognominatus. Exem-
pla scripturæ iuuabit. Quorū cognomenta præ-
œculis habeo. Ad hæc maximè iuuabit, si ipse
concionator in facræ scripturæ lectione varia,
eo fuerit versatus, vt cuncta ferè Biblorū nota-
da in memoria teneat, & ipsi tenaciter hærent:
Hoc verò documentum, de modo inueniendi

C O N C I O N A N D I .

38

exempla, magnam sortiri videtur cum duodecimo capite similitudinem, in quo de comparationibus est prælibatum, & quomodo innuentur. Verū hoc maximè videtur facere ad stylum & concionandi seriem, pér Euangelijs cōtextum pafsim discurrere, mox digredi, vt dīctū est, earumq; vltimam digressionem ampliare, dilatare ad summum poterit, & spiritus feruore eam absoluere: & sic concionem perstringere. Cuiusmodi dicendi characterē ferè semper obseruat Chrysostomus, qui prædicatio- nis munere eximius extitit, & peculiaris fuit. Et plerumq; vtitur Gregorius in suis Homilijs, qui literæ cōtextum explicans, interim doctrinas deducit, & vicissim, iterumque digrediens, Euangeliū luculēter exornat. Has quidē digressiones modo ampliat, nūc congrue differt, alias veteris legis exemplis, authoritatibusve fulcit, vt ad rem melius facere videtur.

De correptionibus .

Cap. XV.

IN hisce digressionibus (de quibus noſteſ modò vertitur sermo) quæ quidem compara- rationibus, authoritatibus, & exemplis fulciuntur, atque scriptura; congruum quippe vide- tur, vt poſtquam concionator stylo magistrali, documenta tradidit Euāgelica, terminetur di- gressio quodā spirit° feruore, adiuncta correptione. Eiusmodi namq; terminandi modus, præterquam quod utilis valde est, atq; maximè con- gruus, ad hæc efficit, ne concionator tepide, & insulsè digressionem perstringat. Eo nanq; mo- do ferè semper D. Chrysostomus vtitur, pecu- liariter in homilia decima nona in Genet. Quæ

prin

M o n u s

primū enim breuiter conclusione data & sa-
erq; scripturę citatis locis mox aduersus turpis
lucrī cupidos insurgit, & auaritiam acerrimè
taxat. Deinde in Homilia quartadecima, post
quam audientium excitauit affectus, & sum-
mis quasi precibus, vt ineffabilis Dei erga ho-
minum genus pietas, & misericordia, eorum
vt tenaciter hæreat memorijs. Deinde ad-
monet, vt quod reliquum est quadragesimalis
temporis, non modo cibis, & potibus, verum
& vitijs parcant. Insuper euerſæ et penè labefā
ētatae corrigan vitæ mores. Quapropter vt su-
perius capite 9. illo communissimo, & tam vul-
gato exemplo: Iniquum est, alienam vitam di-
iudicare: comparatione, scripture, & authorita-
te posita, mox completa est digressio illa, qua-
dam animaduersione ad populum facta, in hūc
modum. Num vitæ cursus sempiternus est? ve-
rū cum strictissimus ille sit, impensæ operæ
non est opus. Authoritate hanc reprehensionē
confirmemus Apostoli ad Romanos dicentis:
Roms. 2. Tu quis es, qui alienū iudicas seruum? Hic præ-
dicandi stylus nimium præstat: in eo siquidem
vitiorum ostenditur turpitudo, atque cauilla-
tio. Insuper eorum criminum patratores viua,
atque terrifica voce dignissimè corripiuntur.
Hoc eodem dicendi stylo vñi sunt omnes anti-
qui patres, Dei Prophetæ, quorum quidē Pro-
phetiae durissimis pullulant, & acerrimis sca-
tent minis, & exemplis. Non secus Redemptor
noster in verbis Euangelicis: eiusque Apostoli
sanctissimi sectatores, & discipuli vñi sunt.
Quapropter Euangelicus ille concionator, qui
suggestum ascendens, nimium acutis, & specu-
latiuis se inuoluit dubijs, longè abest, tā vt plu-
rimos

CONCIONANDI.

31

Fimos in horrea Domini sui cōgreget fructus,
quām etiam v̄t emolumenti quicquam percipi-
pat. Quod si egregium verbi Dei ministerium se
autumat, & sui muneris exactor optimus v̄t sit,
quæ ratiōnabilia sunt, prædicet oportet, humili-
lia humilibus, non ea quæ supra vires sunt, &
astantium mentes capere valent. Ob idquē quā
do in Euangeliū contextu de Avaritia, Gula,
Hypocrisi, luxuria, agitur, &c. Aut cūm Chri-
stus Dominus Iudeorum increpāt duritiem,
aut taxat criminum perniciem, eorum ver-
sutiā redarguēns, ipse quoque concionator
debet indignari, & ad fidelium cœtum sermo-
nem conuertens, acerbissimis, atque terrificis
verbis eadem metu criminā reprehendat. Exeni-
pli causa: Quando Christus redarguit Pharisaeos
tunī turbam, qui quasi Zoili obtrętabant, di-
xit: Quare vos transgredimini mandata Dei
prōpter traditiones vestras? Mox ad populum
tonuersus, tu dico. Hoc ipsum nostris tempo-
ribus fieri cernimus, in quibus principes, atq;
prefecti nimium zelantes à se latas, atque san-
ctitas leges, intrepide quidem putant le-
gem Dei pro suis nouis impositionibus post-
habendam: ac subinde CHRISTI dōcimē-
ta contemnunt. Idēm omnino cūm dixit Pha-
risaeis: Qui sine peccato est, mittat in eam pri-
mū lapidem: dicens tu: Ita sese modò ha-
bēt res: plerisque enim videas maximè Dei
honorem qui se zelare prætendunt: Hi mo-
lestè, grauiterque ferentes aliena crimina,
ea vel leuissima, ad vnguem puniri desiderant,
cūm suas vel grauissimas noxas non conie-
cent. Festucam quippe in proximorum oculis
aspicientes, trabem in suis non considerant: A-

Matib. 15:

10. 8.

Lk. 6:

M O D U S

Eturus de vinea Euangelij, cùm Dominus misit seruos suos ad agricolas: tandem filium suum è medio tollentes ad hæc Domini sui bonav- surpare conabatur, dicentes. Hic ex hæres, &c.

Mat. 21.

Vbi poterit concionator hominum ingratitudinem taxare: siquidem cùm maxima beneficia de manu Dei suscepimus, quo maiora esse nequeunt, diuinis charismatibus insignitos reliquit nos, nobilissimum pignus. Iudæi namque typice suscepimus manna, nos vero Angelorum escam, viuificum manducauimus panem. Hisce, & plerisque alijs muneribus nos affecit: sed iterum delictis nostris Christum crucifiximus, ut inquit Apostolus.

Heb. 6.

Et criminum pessulo ostiū ineffabilis Dei misericordia patulū obdidimus: & quod liuore suo reserauit, nos peccati crimen obturamus. Huiusmodi concionandi series, nimiam continet utilitatem, ac multum emolumenti parit. Parum namque refert, minusve fœneratorem mouet, aut turpis lucri cupidum minus confundit, quod Pharisæorū hypocrisim refellas, aut auari illius luxuriem detesteris, vel sacerdotum legis ingratitudinem redarguas: quinimodo de obiurgationibus eorum oblectantur fideles. Cæterū si inter agendum de eorum vitijs, sermonem suum ad fidelium cætum conuertat, ostendens eis versutiam, ac malitiam suam, instar Pharisæorum: & quomodo grauissimum promerentur supplicium, & quod quandoque fieri ut possint luant: siquidem fideles cum sint, eadem Ethnicorum crima patrant. Tunc quippe illi graviora subibunt tormenta, qui Christū optimè cum noscent, maximis conuicijs in eum irruerunt. Liquidò hinc patet eiusmodi taxandum

CONCIIONANDI.

32

dum nimium utilem fore animabus. Namque præcipuum concionatoris munus est, peccata populi reprehendere. Quos tamen Euangeliæ doctrinæ præcones monitos vellem. Magna enim prudètia requiritur, maximumq; hoc taxandi opus discerniculum postulare videtur. Ea namque alacritate vigeat oportet, vt neminem omnino suis parum libratis verbis scandalizet. Det tamen operam, vt eius correptio ad omnium utilitatem, & vitiorum euulsionem proficit: quam indignationem, seu scandalum, pariat Exemplum est nobis aptissimum in ea satis pefata, diserta, ac præuisa correptione Nathan Prophetæ. Mox atque aggressus est Regis David nefanda crimina reprehendere, eo namq; verborum delectu illius parabolæ sigillatim verba librauit, & eorum, quæ aggrauant culpam annexa discussit: nec non & sermonis lepore, quadam energia, in ea verba prorupit, vt coatus David in se tulerit sententiam. Absit tamen ut quemquam peculiarem taxando indices, aut turpi affectum nota verbis demonstres: occulto aliquo labefactatum criminè hotū facias ne inde populus coniectet, aut planè cognoscat in quæ talis correptio illata est. Hoc quippe habet intelligi cum eiusmodi criminā non sunt admodum exorbitantia, & scandalum pululantia: tunc enim publicè increpanda sunt peculiariter tamen cū fraterna & specialis correptio præcesserit; & talis labefactatus disciplinæ capax fuerit. Quod si tunc scandalum oriatur, parū refert. Nam secundum Iuris præceptum, Facilius scandalum oriri permittitur, quam quod veritas relinquatur. Non secus Redemptor noster fecit, cuius actio nostra est instru-

M o d u s

Ctio. Qui palam , non priuatim , aut singulis
quibusque, sed potius conuocatis, & conuenientibus in vnum Phariseis, & legis peritis, eos
quippè, qui viuæ vocis energia hypocritas appellat, & simulacra, atque monumenta forinsecus dealbata, & coloribus fucata, intrinsecus tam
men ossibus, & vermis scatentia. De qui-

Matth. 23. bus ad populum conuersus dicebat. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Phariseorum
& scribarum: non intrabitis in Regnum cœlo-

Mar. 5. rum. Et in Euangeliō Ioannis habetur. Vos ex patre Diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. Insuper & Domini præcursor

Mar. 6. execrandum, atque incestuosum Herodem palam increpauit, & dure nimis. Et Apostolus quoque Philetum, Hermogenem, Hymenaeum, Alexandrumque proprijs nominibus ap-

1.Tim.1. pellat. Et ad Timotheum scribens, admonet, ut populi noxas publicè redarguat, & peculia riter nullis omnino specialibus criminibus parcat, quin palā ea euomat, & viriliter taxet.

Ad hæc aduertendum est concionatori, ne huius rei ignorantia teneatur: ne dū probabili ter, aut per reuelationem cognosceret doctrinam suam minus fore profuturam, ut peccatores à peccati labore discedant. Ceterum ut sui muneris debitum penitus absoluat, ab incepto ne desistat, & correptione, minarumque rore ignita hominum scelera extinguat, atque coérceat.

Matth. 4. Præcursor namque Domini, qui plus quam Propheta nominatus est, & spiritu Dei delibutus, non latebat eum pene induratum, & obstinatum Herodem fore: qui tamen execrandum eus vitium iterum, ac iterum increpabat, ut impensi muneris debitam, & exactam persolue-

C O N C I O N A N D I.

33

solueret operam. Sed quid plura? Nū redempto
rem nostrū delituit, seu aliqualiter illū fugie *Mar. 6,*
bat obstinata omnino euersa Pharisaeorum cor
da fore? Numquid de eorum desperata salute
quicquam sperabat? Verū ipsam veritatem
ne celaret, prædicabat. At verò cum ea sit rerū
vicissitudo, & humana natura (vt eius est fragi
litas) in omni vitiorū genere fuerit volutata, et
nefandis insultibus labefactata, & quamuis ma
ximus Deus tibi reuelasset, nequaquam futurū
este, vt hi scelesti & improbi quique homines
conuertantur, propterea minimè increpare de
finas. Ne fortè huius criminis cōtagium incres
cat, & aliorum animas euertat. Sed ipse vi, & e
nergia correptionum, vsum peccandi cohibe,
& aliquantulū coērce, vt eos deinceps pudeat
peccare, & tantum Deum offendere.

Hæc omnia intelligenda sunt, vt eo modo
dicantur, quo populus planè cognoscat, non
propter aliquam libidinem, aut appetitum vin
dictæ eadem ferri, sed tantum vt Maximi Dei
efferatur, & zeletur honor, & peccādi vſus fun
ditus eradicetur, & fomentum hoc euellatur.
Quod in ipso concionatore facilè reperitur, si
non petulantia, sed quadam modestia, non ira
cundia, sed lenitate & Christi feruida charita
te increpauit. Nam vt Diuus Chrysostomus in
quit, nihil ita confert, vt ille, qui audit, persua
deatur, ad respiciendū quæ dicūtur, ac sic cog
noscat, quod cum magna dilectione dicuntur.
Nec difficile admodum est perceptu, an ipse
concionator habeat charitatem, & zelum pro
ficiendi: quod in eius verbis facile cognosce
tur; & in procedendi serie conspicies. Quod si
rei scopum velis attingere, hoc tibi consilij do,

E 3

vt

M o d u s

Vt omni proprio amore omisso, nee non & appetitu vindictę, hęc te moueāt dumtaxat, Amor Dei, & tui proximi salus; et sic ea vrbanitate, et modestia increpabis, qua expedit. Non enim congruet inurbanę, aut infestę, minusve modestę loqui. Vitiorum siquidem turpitudinem licet examinare, absque eo quod lingua aberret, maledictis alios laceffens, & petulantissimis conuitijs in alios irruens. Propterē caueat in pulpito forsan dixerit hęc vocabula, scelus, aut scelestus, Hispanicę, (vellaco, ḏ vellaqueria:) quamuis de turpissimo, aut sceleratissimo quo quis homine sermo fiat, vt de Lutherō, &c. Namq; Euangelicus concionator maxime perspectus, & vrbanus debet esse, qui spectaculum factus est omnibus. Sed loco eorum hisce æquipollētia proferat vocabula, vt potē, iniquitas, iniquus, abominatio, insultum, exorbitatia, aut nefanda crimina, mens incesta, animus impurus, & hisce similia.

Caveat tamen ne fortē excandescat nimis, & quasi effrānis equus currens, immoderatē taxet. Ira siquidem cohibenda est. Nec in doctrina admodum rigidus esto, vt tua magis ad emulationem, & desperationem correptio faciat, quā ad salutem animarum. Medici namq; dulcibus & lenibüs amara, & acria solent medicamina temperare; & pillulas deargentatas præstare languidis. Et instar illius Samaritani, qui vi nū simul, & oleum ulceribus infirmi applicuit Eo modo Euangelicus concionator in fine concionis illecrebris, & blanditijs suadeat. Cuiusmodi serie D. Chrysostomus plerumq; conficit ac terminat sermonē, cuius loca, breuitatis causa, missa facio. Quinimo concionator iam termina-

minaturus concionē, ad Deum conuersus, mox ad populū, eos exhortetur, & vicissim moneat dulcibus, & sedatis verbis vt mores corrigant, amorem, passionem, & Christi reuerentiam eis proponens. Eoque siat modo, vt quamvis protcorreptionem anteā confusi fuerint, modō consolentur: & tantum offendisse Deū eos poeniteat.

Obiter tamen licet aduertere, ne presbyteros palām, & coram populo ex aliqua peculia ri labe eos corripiat, aut notet. Quod sanè fieri poterit in suis capitulis, seu congregationibus priuatim. Ad hāc, si eos coram populo taxet, correptio solūm faciet, vt dignitas sacerdotalis vili pendatur. Hoc enim abiit in usum, vt ip se populus sacerdotum crimina, seu monachorum defectus audiendo maximē congaudeat. Quapropter presbyteri eiusmodi, si taxentur, deteriores fiunt, & duriores corde: insuper & scandalum oritur. Veruntamen de avaricie pecato, luxuriæ, libidinis, ambitionis, &c. cum fit correptio: tam sacerdotes, quām alij cæteri homines comprehenduntur, ac eorum vitia liebit corrigere.

Vt autem ab his me expediam, monitum velim Euangelicum præconem, quod adhuc si aduentius in populo quodam fuerit, ne illius populi quæ nouerit peculia crima, nimis rigidè, & quadam authoritate reprehendat: audientes enim non æqui, & boni consulent: sed quod prædicandi copia non tibi suggestit, aut occurrit suspicabuntur, ob cuius penuriam, vt eos taxares, orditus es. At quod initio tenetur facere, primum illud est, aliquot prædicare sermones, & hos egregios, in quibꝫ p-

M O D U S

viribus & perdoctum & sapientem se præbēt omnibus. Postea verò cùm erga populum celebre nomen sortitus fuerit, & pro benè docto & erudito habitus, & diuino flamine delibutus, & virtutibus insignitus: tunc quidē authōritatē habet is increpandi. Maximi namque interest ut populus de ipso benè audiat, ad hoc, ut eius documenta libenter percipiat, & correptiones æquo animo ferat. Neoterici quidem, & quasi iuuenes àtate, non habent tantam authoritatem ad increpandum, velut iam senes propterea que ne nimium reprehendant. Adhuc tamen & ipsi iuuenes qui que concionatores luxuriæ, seu carnis vitium non reprehendant: sed ipsi dūtaxat senes, hiq; raro, & satis libratis verbis, non obscoenis, aut turpis notæocabulis vtantur. Ceterūm hoc vitiū acriter reprehendant referendo sacræ scripturæ exempla: ut planum fiat, quot, quantisque generibus suppliciorum hoc tantum, tamque graue vitium Deus puniuit, & durissimā huiusmodi contrahentibus poenam imposuerit.

Quomodo increpandum sit: & ex Euangelio, vti correptiones sint deducenda.

Caput X V I.

CO L O R rhetorum est, quod quando quis habet taxare aliquod vitium, inquirat a liquid peculiare mali, per quod alijs præferatur vitijs: ad hunc quippè modum illius criminis foeditas, & turpitudo magis liquet, eiusque versura planius constat: ut dum magis de honestatur, magis omnibus fiat exosum.

Ex-

CONCIONANDI.

35

Exempli causa. Si superbiæ taxetur peccatum, licet ipsum concionatorem non solum huius vitij turpitudinem demonstrare, verum facta comparatione ad alia crimina, illud abiciat magis, dicens. Hoc vitium adeo execrandum est, & Deo odibile, quod cum reliqua vitia nocua, & iniqua sint, Deus tamen, ut tantum curet languorem, permittit, ut in reliquis offendamus peccatis. Unde fit palam omnium turpisimum esse vitiorum. Nusquam enim unum toleratur malum, nisi ut alterum vietetur peius; ut in populis & ciuitatibus sit. Mulieres siquidem publicæ permittuntur, deteriora ne fiant scelera. Loth etiam qui filias suas innuptas, & adhuc coelibem vitam agentes, Sodomititis tradebat, ut stupendum, & execrandum aboleret peccatum. Propterea, ut superbiæ Deus auferat languorem, alia tolerasse crima certimus. Ut liquet in D. Petro, qui ut arrogantiâ ipsius propulsaret, illum negare permisit: ut sic suæ nimiae fragilitatis agnoscens languorem, alios ne aspernaretur. In ultima enim coena dixit de se: Et si omnes scandalizati fuerint, ego autem non scandalizabor. Idem omnino legimus cum Dauid factum, quem prius in homicidij adulterijq; flagitium labi permisit, ut tandem illum humiliaret. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Quid inde? Auerti-
Mat. 26.
2. Reg. II.
Psalm. 29.
 sti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Insuper alia quoque vitia statutis temporibus suas quæque sortiuntur operationes. Namque carnalis, & luxuriosus sibi tepefscit, & sui vitij obliuiscitur. Etiam voraces, & gulosi, &c. At superbus, & elatus, ubiq; & semper tam publicè quā priuatim suū exercet munus. Quod si

M O D U S

luxuriam reprehendat, dicat, vt reliqua criminia vnam partem hominis vtpote ipsam animam contaminant, at luxuria corpus, & animam, vtrumque corrumpit, quod est templum Dei, iuxta il
1. Cor. 6. sunt Spiritus sancti? Qui violauerit templum hoc, destruet illum Deus. Si vero Auaritia increpet vitium, dicat, quod si reliqua criminia contrahentibus illa, obsint, alijs tamen emolumento sunt. Vorax namque obsonatoribus, & coquis opiparas, lautasque parantibus dapes, suggerit alimoniam. Suores quoque purpureis, sericisque se induens vestibus dicit prophanus. Nec non & fabris machinantibus ædificia, & laqueata struentibus tecta, superbus nummos impertit. Et quos famulorum turba comitatur, & quibus ministrantium astat multitudo, hos alunt & pascunt. Ceterum avarus nemini prodest, omnibus tamen obest, qui frumenti obturata ne referet horrea, fame miser perit, & alios perire facit. Ideo Scriptura ait: Avaro nihil scelestius. Item: Cuncta vitia temporis cursu delentur, sola avaritia est, quæ senecta virescit. Quare dictum est. Senescente homine, cuncta vitia senescunt, sola autem avaritia iuuenescit. Et Poëta: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Sufficiant adducta exempla. Idem namque in reliquis vitijs exemplificari potest; dummodo predicta series obseruetur, vide licet quod fiat comparatio unius ad aliud: ita namque illius vitijs magis claret foeditas & malitia.

Sed quæres modo quoniam pacto predictæ corréptiones ex ipso Euangelio deducantur. Ref
pon-

C O N C I O N A N D I.

36

pōdeo tamē quod bifariā. Vno modo positiū, a-
lio modo à parte cōtraria. Prima est quando in
Euangelio taxatur aliquod vitiū, ex hoc dedu-
cere facillimū est: velut cū dicit de illo prodi-
go q̄ consumpsit omnem substantiam suam lu-
xuriosē viuendo: in qua quidem nostri tempo-
ris luxuriosi increpātur, qui animam suā bona
sua, & deniq; honorem amittunt. Et in illo quā
do Pharisei venerunt ad Christū dicentes: Ma-
gister, scimus quia verax es &c. Facta quippe
est correptio aduersus adulatores, & detra-
ctores. Simulator ore decipit amicum suum. Et
iam cū Euāgelij tractat de vitijs illius auari,
liquet correptio aduersus voraces, & indumen-
torum luxum, & contra eos, qui erga pauperes,
& egenos se præbent impios, & parum miseri-
cordes.

Secund⁹ modus est, cū Euāgelium tractat de
aliqua virtute, tunc eius contrariū vitium taxe-
tur. Vt in Dominica quarta post Pentecostē ait
S. Lucas. Cum turbē irruerent in Iesum vt audi-
rent verbū Dei. Anīmaduertite huius turbæ fer-
uidum, & anhelantē spiritum: qui vt verbum
Dominicum audirent, irruebant magna cū de-
uotione. Secus tamen nostris modō fit tempo-
ribus quos virgis, nec impulsibus in Ecclesiam
trahas. Et in Euāgelio illius foeminæ adulte-
ræ inquit S. Ioannes: Perrexit Iesus in montem
Oliueti, & diluculo venit in templum: & om-
nis populus venit ad eum. O quanta fuit hu-
ius populi deuotio, & diligentia qui sum-
mo manē, vt verba Domini audirent surrexe-
runt. Modō verò non diluculo, sed ad meri-
diem usque dormitantes, dum iam termina-
tur concio, adsunt. Et in illo Euāgelio
diei

Luc. 15.

Mat. 22.

Prov. 2.

Luc. 16.

Luc. 5.

Ioan. 8.

M O D U S

diei octauæ S. Petri Apostoli inquit S. Mat-
Math. 14. thæus, quòd Petrus dixit ad Iesum : Domine,
si tu es, iube me venire ad te super aquas. Nunc
verò non fit ita, nec ire volunt, sicut D. Petrus:
sed CHRISTVM ad se venire volunt, rem fa-
cram intra domesticos parietes celebrantes,
& quòd arca fœderis in templum Dagon fera-
tur, sicut illi Ethnici volebant : & in eodem
1. Reg. 3. altari , vbi erat Dagon , deponi. Hi etiam in
domibus suis , abominationibus , & idolis
plenis, receptaculis aleatorum factis, vitijs car-
nalibus , & voracitatibus imbutis Corpus Do-
minicū cohabitare præsumunt. Cùm de S. An-
drea sit sermo, vel de aliorum Apostolorum ad
uocationibus, inter agendum de prompta & ce-
leri eorum voluntate in exequendis Dominicis
præceptis , siquidem statim fecuti sunt eum.
Nos verò obturantes aures plerumque vo-
cati cùm simus , non eas patulas præbemus,
nec sibilis, & vocationibus Dei obsequimur:
sed non impunè quidem feremus. Audite Do-
Pro. 11. minum dicentem. Vocaui, & renuistis, ego quo-
que in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cù-
id quòd timebatis, vobis aduenerit. Sufficiant
dicta exempla, vt quisque sapiens, & ingenio-
fus concionator exhauriat vitiorum correptio-
nes virtutibus aduersantium.

*De alio modo ampliandi di-
gressiones.*

Caput X V I I .

VT autem concionator Euāgelicus in his-
ce tribus supradictis loquatur , scilicet
comparationibus , authoritatibus , & scriptu-
ræ exēplis, quamobrē correptio nō semper est
adhi-

C O N C I O N A N D I.

37

adhibenda, hoc medium obseruabit. Nā si id ipsū
sum, de quo pertractat, consiliū aliquod sit, aut
commune quicquam ad Dei cultum spectans:
tunc ponat casus, tribus iam prælibatis (quæ ad
vitia spectat) obseruatis. Radices namq; & qua
si fundamenta malorum ea sunt, superbia, lux-
uria, auaritia, & horū affectus. Quod si de vitijs
seu de virtutibus peculiaris sermo fiat, suimāt
casus ad triplicem viuētium sedē: quarum una
sit equitum, alia seruorum Dei amicorum, vlti
ma verò rei fabrorum, seu Dominantium, aut
religionis sectatorum: huiusmodi namq; fasti-
dium non pariet. Quamuis in hisce sermonib;
concionator vulgata & trita, communesque ca-
sus debet sumere: & quæ inter audientes com-
muniter feruntur. Hic nimirum modus maxi-
mè utilis est. Quod si in principio audientibus
durum sit perceptu, & valde laboriosum: pecu-
liariter tamen, & oculatius si hæc attēdant bre-
ui ipso téporis spatio dociles, & nimis idonei
efficientur: sic & in reliquis cōparationibus. Ve
autem hoc ipsum facilius percipi valeat, aliud
insuper addā medium, sub peculari tamen &
nouo conceptu: vt iucūditatem afferat. Nec nō
ipsa media authoritate, comparatione, & scrip-
tura fulciam, duobus quidem appositis obser-
uatis, vt, quod dictum est, planius intelligatur.
Exemplum erit in illud Euangeli: Misereor su-
per turbā: quia iam triduo sustinent me, neq;
habent quid manducent. Omnis languor, om-
nis infirmitas, omne malum nostrum ortū ha-
bet ex eo, quod Christum dominum nō sectā-
mur, vt isti faciebant. Hinc est quod pānem Dei
viuificum non manducamus, nec eius spiritua-
lem consolationem degustamūs. Vos qui bea-
tifi-

Mar. 8.

M o n u s

tifica Dei visione frui desideratis, hāc vobis vēritatem suadete: quōd si Deū vultis habere, virtutis sectatores sitis, vt in ea constantes exhibeat is vos, & fortis. Si quis adest qui consolationem Dei exspectat, sicut & hōs consolatus est in cepto virtutis, & amoris Dei, stabile se p̄ beat & fortē. Alias diuinum auxiliū quomodo exspectas, debilis cūm sis in propōnendo, & tardus in exigendo illud? Quid faciam tibi Ephra

Osee. 6. im? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manē pertrāfiens. Attēdē ô Christiane, verba hāc: Attēde tu & eques qui adhuc in bono cāpto non perstisti. Quid faciat tibi, ait Dominus, qui verbū meū audis, & tot inspirationibus & optimis desiderijs animum imbuisti: in nullistamē perseuerasti, sed quasi nubes matutina, quæ flante fundit aura. Deficit quasi ros, optima destinatio, oriente delectatiōis Sole, & turbine voluptatis ruit. O serue Dei, qui in dies studes vt intra temetipsum recipias, atq; in orationis studio te exerces & bonis operibus intentus ad virtutis culmen adspiras. Quid faciam tibi in ijs haud firmus cū sis? Ut te p̄acingis ad bellum, vt mea tibi conferam bona? Qui quasi nubes matutina, & quasi ros, sic deficis, vt visitationem meam expectabis, qui fortitudinis loricam adhuc non induisti? O tu qui manuum labore viuis, quid faciat tibi, aut quo modo metecum geram, & necessitatibus tuis opitulabor, qui in bonis operibus intentus non persistis. O quāta nobis bona suggererentur, si virtutem sectaremur: sestemur Christi Domini vestigia, & in bonis operibus perseueremus. Nam ipse ait: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. En tibi Del

Matth. 10.

fig-

CONCIONANDI.

38

signaculum: En dictorum conclusio: En censu-
ra: En virtutis stipendum. Quod non solū ani-
mam tuam emollet, verū & maxima præmia
comparabis. Quid bone Deus, senties, cùm vi-
deris homines, hosque paucissimos in bono
perstare? Misit Iosue exploratores in Hierico,
vt irruerēt in Hai: & expugauerunt ciuitatem.
Verum quia Achan filius Charmi, vnuſ viroruſ,
præuaricatus est, permisit Deus postquam ex-
plorauerunt Hai, mox terga verterent, nec ex-
pugnare valerent, & ex eis corruentes nonnul-
li. Quod cum audisset Iosue scidit vestimenta
ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Do-
mini vſque ad vesperam: & clamans Iosue di-
xit. Heu Domine Deus, &c. Mi Domini, quid
dicam, videns Israel terga vertentem hostibus
ſuis? Quid faciam denique hanc penuriam, rui-
namque aspiciens? Attende, ô Christiane, vnum
interea, quod Christi Domini virgineum ſacrū
que carnis indumentum crucis patibulum sub-
iens ſcindi, fodiq; fecit, illud nimirum fuit in-
ſtabilitatem nostram intueri. Poterat quippe
nos redimere, absque eo, quod nostram fragi-
litatem indueret & pateretur. Sed nutu dunta-
xat nos ſaluare utique poterat: at inter cætera
Doctorum asserta, & cauſas, propter quas Chri-
ſtus nobis cum habitare voluit, ſimul & pati, v-
num quidem eſt, vt oſtenderet palam quantum
pro peccatis nostris doluiffet. O ſi noſtis & tu, 2. Pet. 2.
quantum Christus doleat, dū quaſi canis ad vo-
mitum in idē peccatum recidis, poſtquam poe-
nituit peccasse, ac Deum offendiffe. Tačtuſ De- Gen. 6.
us ipſe dolore intrinſeco ſortem, vicemq; tu-
am dolet, eo q; in bono ceptō nō perſeuerasti.

Ami-

M o n u s

Amice, ad quid venisti? dixit Iude. Quam prisa
Matth. 16: mum enim coniectauit in bono cæpto haud
perstitisse, & cum traditor in eum irrueret, ab
apostolorū collegio discessisse cognouit, & pre-
varicator effetus eum tradidisset. Vide, o char-
rissime, quod humilis & patiens aliquando fue-
ris, & parum tua retulisse: propterea quod ab alijs
pro nihilo reputatus fueris. Modò illud iam
pertransiit, & probè destinationes abierunt, &
dissipatè sunt, & quod facere decreuisti iam ob-
litus es. O quanto maximo Christus Dominus
gaudio afficiebatur videns illorum constan-
tiati. Iti illa hora exultauit Iesu in spiritu. Dis-
Luc. 10: cipuli Christi accesserunt ad eum gaudio deli-
buti, ex eo quod sua doctrina magnum fructū
comparassent. Quibus cum Redemptor noster
simul lætatus est, & gauisus. Benedictus Deus
noster in æternum, cuius filius lætatur cum
probè & secundum rationem tu vivis. A-
gite tandem. Nunquid adest aliquis, qui hoc
Christo gratum velit facere? Pròtinus à malo
discedat: & virtutem sectetur. O quam iucundus
& gratus erit Deo. Cauet tibi o homo, quid fe-
ceris. Hæ namque fluctuationes, & tempesta-
tes, & varij expugnantium ictus, quos ne Deum
offendas, viriliter sustines, huiusmodi Christo
maxime placent. Nunquid aderit aliquis, qui
placere Christo non studeat, vt illi referat
gratiam aliqualiter pro sibi illatis conuitijs
& dolofibus? Benedictus, & laudabilis sis
Dominus mi rex, & bone Iesu: haec maiestiam,
hosque labores, quos pro me sustinuisti mo-
dò gratus vtcumque soluam, & deinceps mihi
perisse præstabit, quam sancta maiestatem offendam.
Modò contumelias, & opprobria in hi il-
lata

C O N C I O N A N D I:

39

æquō animo feram, & si in me vniuersum insurgat. Agite iam, qui perseuerastis, & stabiles in bono fuistis. Vbi nam vitam foelicem degitis, vt victum viuificum pascatis: &c. Triduo iam sustinent me. Expedit ergo nobis in bono perseuerare, & constantes esse: alias hoc cælesti pane haud potiemur. In prælibato quidem exemplo ad viuum (vt aiunt) & planè vidimus hunc ampliandi digressiones modum, cū ampliandi modis. Prius namque punctum deduximus doctrinæ, quam docemus. Nam sub illo: Triduo iam sustinet me, aptandum est concilii sioni, quæ intendebar: ipsa namque assertio erat. In bono perseuerare. Deinde mota est digressio cum illa auctoritate, ponendo illud medium, quod subsequitur, damnum eos, qui in bono minime perseuerant. In contrariū tamē explicata illa auctoritate, actum est cum triplici viuentium sede simul & cum hoc umbras, quæ eis perseuerantibus aduenient. Deinde opposito modo mota est digressio, eos, qui perseuerant laudando: & hac explicata comparatione cum ampliatione trium casuum, seu exemplorū. Mox auctoritatem subsumpsimus cum comparatione, ad ipsam quippe doctrinam confirmandam. Nam cum ipsamet comparatio fieri strætationis opus, necessum est simul & auctoritate assumptum roborare. Deinde aliud medium ad mouendum positum est, quod fuit de Christi passione: & hoc quidem meditum subscripturæ exemplo tribus casibus hanc expositionem declarando, quorum alter, auctoritas esto: Subinde alio iucunditatis Christi modo, ut potè opposito, motum est. Et hoc sub auctoritate positum, & declaratum fuit sub applicatione

M O D U S

pliçatione casuum. Mox doctrina illa epilogata est, quæ ab initio est incepta, ut punctū iterū sumeretur. Ad huius quippe similitudinem poterit quodcunque aliud punctum dilatare. Ad uertendum tamen est, iuxta hūc modum, quod quamuis hic pergimus de puncto ad punctum autoritatibus, comparationibus, & exemplis scripturæ, propterea non debet sic coarctari, ut hoc regulariter obseruetur. Namque uersa media, autoritate duntaxat, ut illi placebit, extendi possunt: & quamuis tria puncta adhibuimus, alia prout libuerit, ponere licebit, dummodo puncta, seu digressiones non multiplicet, ut fastidium pariat. Nec subinde eō pauca proponat, ut eorum media arida sint & prosus sterilia. Atq; ita debet concionari, ne fidem tepeſcant affectus.

De gemino alio modo ampliandi digressiones.

Cap. XVIII.

AD ea, quæ superiori capite dicta sunt, ut quamlibet digressionem, seu punctum sectemur, notandum sit, dictum iam punctum sectari posse data cōclusione: vbi quidem doctrina cum sua amplificatione traditur: Mox scripturæ exēplum ponit, totius historiæ enarrando discursum. Eiusmodi exemplum sit de damno, seu nocimento, quod eius contrarium inferret, de quo & ipsa propositio pertrahet. Quo quidem enarrato exemplo moueat, atque suadeat illo concionator, ostendendo dānum, quod eis adueniet, nisi id ipsum, quod præcipitur eis, re ipsa fecerint. Idemque auctoritate confirmabit, quæ faciat ad illud. Quo fini-

C O N C I O N A N D.

finito, alia insuper narretur historia alterius exempli, in qua agatur de beneficio ab aliquo accepto, ex eo, q; illud fecit. Quo cum moneat id ipsum quoq; faciat & illi, ad quod roborandū sumat authoritatē, quę ad rem faciat. Hoc liqui dō satis constabit, si dicta doctrina in superiori pūcto ad exemplū redigatur, secundū hoc qd sequitur: Ecce iā triduo sustinēt me. Ex eo quod non perstamus in bono, hoc damni accidit nobis, vt nō pascamur à Christo. Nobis ergo in bono cæpto perseverare, & stabiles, firmosq; esse, expedit. Si quis adest, qui huc venit, vt aliq; d frugi ex concione capiat, hāc sibimet suadeat veritatē: q; si a Deo pasci desiderat, in bono perstare debet, & in eo firmū & stabilē se præbere. Pleraque enim damna nō perseverantib; eueniunt, velut sacra scriptura ait. Quoniā volens Deus Sodomā, & Gomorrhā euertere, vocauit Loth Genesij. 19. & dixit ad eum: Salus animā tuam, & noli respicere post tergū, ne tu simul pereas. Mox vt egredens est Loth, dissipauit, & solo aequauit Dominius ciuitates has: & corruerūt omnes simul, qui in Sodoma, & Gomorrha morabātur. Coniux autē Loth audiēs fragorē, & maximū strepitū perterrita (nā ex fragilitate incōstantia nascitur) post tergū respiciens, in salis statuā conuersa est: quā adhuc pecora lingūt: Quid ergo nō perseverantib; reliquum est, nisi vt in petre simulacru conuertatur? Quoniā vocauit te Deus, abominationes Sodomę desertuisti, & per viā veritatis incedebas, gratus sanè Deo: verū leui sēculi huius fragore consternatus, dereliquisti vias Domini, ac desiderijs sēculi captus, tergū vertens, præuaricator Dominiēi præcepti extitisti. Quid inde tibi suppetit, nisi vt obitinat?

M o n s

cor geras? Et talis effectus nihil omnino proficit?
Quid ò charissime, tibi supereft, si in bono non
perseueras? Quid faciat tibi Ephraim? Quid faci-
am tibi Iuda? Popule meus, ait Dominus, quid
faciam tibi? Hic punctus amplietur: quo finito,
aliud narretur exemplū huiusmodi. Jacob, oc-
currēns ei Angelus luctabatur cum eo, cui An-
gelus. Dimitte me: & ille noluit, quo vsque
benedixisset ei. Cum quo tota nocte luctatus
est, & manè benedicens ei, commutauit eius
nomen, sed & altero pede claudus Jacob man-
sit. Sic Deus facit cùm omnino perseueranti-
bus. Sicut gemino luctari brachio, & expansis
vlnis decet: vtpote Dei & proximi amore, & to-
ta nocte perstare luctando, donec rutilans ve-
nerit aurora. Nam qui luctatur & perseuerat,
tandem benedictionem obtinebit; quia qui per-
seuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. As-
picè o Christiane, quidnam summa veritas ait,
quod salui erunt, qui perseuerant. Amplificetur
eiusmodi authoritas, & mox epilogando di-
cat. Agite tandem o charissimi, firmi & stabiles
simus, ne nobis contingat, quod constituti Lot
euuenit. At vero quasi Jacob alter mereamur be-
nedictionē Dei obtainere, quam electis Deus pro-
misit in nouissimo die: & sic pane Angelorū vi-
tuifico in cælesti regno potiamur, & velut hæc
turba, quæ Christum secuta, ab eo dignata fuit.
Hic ampliandi modus facilis, simul, atque iu-
cundus est. Namque scripturæ exempla ad huc
modum scitata nimis placent.

Alter quidem modus ampliandi est, quam
primum doctrina applicata fuerit, sub illa
propositione, ut in priori exemplo dictum
est, mox authoritas in medium offeratur,
qua

CONCIONANDI.

41

qua quidem comprobetur illud, quod dicitur, eo verissimum & infallibile esse, quod maximus Deus id volens ostendere, dixit, atque monuit hoc ipsum; Qua nimirum auctoritate perfecta inueniatur argumentū à minori ductū. Ipsa namq; auctoritas, suggeret argumentādi occasionē. Quo augumēto proposito, roborabitur alicuius exemplo qui id ipsum asseruerit. Hoce exemplo finito, duę, tresve auctoritates scripturæ citentur, velut similia quædā, & quasi per transfennam, aut summis digitis (vt aiunt) tacta hoc modo. Id ipsum habetur: Id ipsum tali, vel tali loco dicitur, &c. Quibus breuiter tactis, incipiat illius rei defēctum corripere, nempè auctoritate, argumen-
to, & exemplo, velut qui conqueritur: & post Dei verba cumulando in ipsa auctoritate dicens. Non mirum esse si Deus conque-
stus est, dum huiusmodi mala extant. Hæc
omnia in subsumpto liquida erunt exemplo. Ecce iam triduo sustinent me, &cæt. Si hi non perseverassent, nullatenus Deus victum suggereret. Modo infer conclusionem ampliatam priori exemplo. Deinde dicio hoc adeò verissimum esse, scilicet quod Deus per-
severantiam vult in animabus, quas habet refi-
cere: ut per Spiritum sanctum in Canticis dictū *Cant. 3.*
sit. En lectulum Salomonis sexaginta for-
tes ambiant, ex fortissimis Israël: tenentes gla-
dios, & ad bella doctissimi. Nunc ò Christia-
ne caue tibi, qui Deum obtinere desideras, ne
tua te fallat opinio, aut te ipsum seducas. A-
nima tua lectulus Dei fortissimus debet esse, &
valde præmunitus, non autem debilis, & omni
præsidio destitutus. Deinde fortissimus quibus

F 3

que

M o d u s

que circumuallatus ex Israël . Namq; eius propositi firmissimi , & præ om̄ib⁹ stabiles debet esse . Sic Paulus inquit . Quis separabit nos à charitate Christi ? Scio q; neq; mors , neq; vita . Existi matis nos tanquam paruulos esse , atq; debiles . Firmissimi quidē sumus , & stabiles : quoniam nec labor , nec dolor , &c. nos à charitate Christi prologabit . Fili⁹ Israël canebat dulciter hymnos in mari , & collaudare cœperūt deum , vidētes suos hostes submersi , & in ipso etiā ad terram promissionis itinere illum benedicentes quod eos liberasset . Ceterū nō perseverātes , in Aegyptum reuerti cupiebat . Modò ad aliquā probē callendam artē continuus , assiduus ve- sus requiritur : nōne ad tantam rem obtinendā ,

2. Ti. 2. maior opera , & studiū requiretur ? Aspice quod legitimē certanti conceditur laurea . Labor im probus om̄ia vincit . Ut brauiū hoc accipies , nisi in bono perstiteris ? Ideo Job : Si occiderit me , in ipso sperabo . Hac ratione nos docet perseverare , quib⁹ perisse præstabit , antequā retrocessisse , aut à bono cæpto desistere . Hic ampliā darum digressionum modus , maiorem præ se fert dignitatem , quām duo ante habitū modi . Et sane luculentior est ; quia vim habet , & inititur in literalibus scripturæ sensibus : & tandem in eo sit argumentū à minori ad maius .

De modo procedendi.

Cap. XIX.

QUEMADMODVM si cuiquam et si fameli-
co simul in disco varij cibi , & innumeræ
quasi dapes apponenterunt , fastidium maximū
generarent , & ad nauseam eum prouocarēt : q;⁹
si in singulis quibusq; patinis quiq; cibi appo-
neren-

nerentur, excitarent quidē appetitū ad edendū
Ita contingit in concionib⁹; Nisi enim eius par-
tes quamuis optimis notationibus septæ recto
ordine procedat, ornatæq; sint, nimis fastidire
videtur. Modo verò procedēdī stylus, & pre-
dicandi modi eò sunt diuersi, vt equeum sit dicō
re: Quorū capita, tot sententiæ, & prædicantiū pla-
cita sunt. Propterea nō est mihi animus hæc om-
nia in breui sermone comprehendere, quoniā
nec capere valeo, nec intellectus aliquis crea-
tus ea ònia percipere, aut cōprehendere potest.
Aliquot tamē ponā hic, quibus vti licebit. Sup-
posito ergo quod componere, est coniungere,
& coadunare pleraque puncta inter se diuersa,
& hæc ampliare, & ex eorum singulis vtile do-
ctrinam deducere, vt alij excitentur, & ad pro-
bè operandum allificantur. Hoc autem fieri ne-
quit, nisi quædā media applicentur, vt ulterius
gradiatur, uno aut gemino duntaxat medio vti
licebit, vt doctrina confirmetur. Ad hoc verò,
artificium habero, ne eiusdē penuria in officio
nō sis. Illud autem quod habet docere, debet
locari in primordio cuiuslibet puncti. Quod
quidem habet proferri, velut qui quandam af-
fertionē affirmat: vt pote verbis lucidis perspi-
cuis, & expeditis satis. Namq; noſter intellect⁹
ita instruivult. Verū cōtra hoc videntur facere
hi, q; obscuris verbis, aut nimis cōcise doctrinā
suam tradunt, aut perplexis & implicatis elo-
quijs, aut superfluis verbis alios instruunt, ex
quibus audientium animus nihil emolumenti
percipit. Ob cuius defectum in subsequentibus
etiā deficiet. Nec itidēni quidquam sibi suadere
poterit. Siquidem quæ primo sibi tradita fuere
non intellexit. In hoc verò primū, quod quidē

M o d u s

est conclusio doctrinæ, ac fundamentum totius
puncti, digressionisve, quam habet prædicare,
expedit concionatori, ut sit breuis, expeditus,
atq; perspicuus: ita vt omnes percipiant, & in-
telligent. Dixerim breuis, non intelligendo,
quod eo strictissimis, & breuibus terminis ea-
dem proferat, vt à nemine satis percipiatur. In
quo etiam nonnulli concionatorum deficiunt,
quorū quidem breuitas sermonis, & doctrinæ,
quæ sapientibus, & perspectissimis quibusq; vi-
ris congruebat, duntaxat eadem insipienti po-
pulo aptare contendunt. Hic maximus quidem
defectus est: sicut & aliud extreum eorum, q.
verbosi, confusi, & sanè loquaces sunt: qui nec
se ipsos satis intelligunt, nec ab alijs omnino
percipiuntur. Modo ipsam propositionem ex-
pedite, luculenter, & dilucide proferto, semel
atque iterum eandem repetens, circūcirca pro-
spiciens cætum, eamque varijs encomijs repe-
tes: cuiusmodi propositio prolata, ab omnibus
satis percipietur. Nec incongruum quidē erit,
cum varijs, & disparibus nominibus iteretur.
In fine verò non est necessaria hæc eadem cor-
reptio, licet in principio cuiusque digressiōis,
& quando ipsa propositio profertur, hoc expe-
dit fieri in omnibus sanè subobscuris intelle-
ctu pūctis. Mox autoritatē, cōparationem, &
exemplū scripturæ dicito: interea nōnulla ver-
ba inferendo, quæ iam dicta cūm dicendis con-
nectant. Insuper notandum est. Ut enim ex na-
turalibus liquet, vnum contrarium iuxta suum
contrarium positum; magis lucet, & apparet.
Exempli causa. Si sumat, pro medio, vt sint hu-
miles, dicens, quod eisdē bene faciet Deus hoc
idē sub quadam autoritate adducere potest, et

mox

CONCIONANDI,

mox veræ humilitatis oppositum sumat, ut pote
tè superbiam: cui fauet, & præstat illud Iacobi Iac. 4.
dicētis: Deus resistit superbis, humilibus autē
dat gratiam. Et quoniam de humilitate prius
egit, ipsam humilitatis partem prius collau-
dere, & efferre debet, dicens: Deus gratiam suā
humilibus confert, superbis autem resistit, Ibi-
demque dico quanto maximo odio Deus pro-
sequitur superbiam, & statim concionator ip-
sam humilitatis propositionem proponet, di-
cens: O vos omnes, precor, humiles estote: eos Ez 4.66.
nanque maximo Deus amore prosequitur. I-
deo per Esaiam dixit: Ad quem ego respiciam,
nisi ad humilem, & contritum, & trementē ser-
mones meos? Hoc bonum quidem ego faciam;
quod humiles diligam & amabo. Hoc ita com-
muniter explicato: mox vndique circumcir-
ca populum, cætumque prospiciens, ad par-
ticularem descendens dicito. Aspice oī tu Chri-
stiane, quidnam maximus Deus asserat. Audi
verbū Domini. Cūm humilem te præbes à Deo
maxime diligeris, & amaris. Siquis equitum a-
dest factiosus, & honoris cupidus sui, audiat.
Si hasce vanitates expuleris, si hęc honorū pul-
uiscula ḥnino ex corde tuo aboleueris, à Deo
quidem amaberis. O tu mulier compta, & fuca-
ta, quæ huiusmodi domum Dei ingredi nō tre-
pidasti, exue te monilibus, & vanitates has con-
temne, & Deus diligette. Hic ampliandi modus
valde quidem utilis est. Nam cūm ad res pecu-
liares descendit, quandam concionem com-
plendo, atque in ea duas, tresve di-
gressiones faciendo, magna
cibatur caterua.

F s

De

M O D U S

De introductionibus concionum.

Cap. XX.

IAM quidem ab vsu recessit ipsam subdividi
dere concionē dicendo, hic duas, tresve con-
tinet sermo partēs: aut duo, triaue agenda sunt:
sicut & nostri quidem temporis seniores iam-
pridem faciebant. Hoc siquidem ab omni ra-
tione, & arte, & à rhetorices documentis lon-
gè distans est. Nec S. Doctores vt Au. Origenes,
Chrysostomo. aut Gregorius, tali diuisiōe vñi sunt.
Cæterum maximam attentionem captat, & ni-
mis placidum est, & eorum excitat animos,
dum concionator Euangelicus, ipsum aggre-
dietet sermonem cum aliqua eleganti introdu-
ctione, compendiosa, & rhetoricis ornata ver-
bis in philosophia fundata: aut verò cùm ali-
quo axiōmate, aut maxima Aristotelis ingre-
ditur: aut cùm aliqua alia naturali ratione, que
optimè congruat cum ipso Euangeliō, quod
quidem habet prædicare, aut saltem cum ipsius
exordio. Quæ nimirum introducōnes bifari-
am possunt inueniri, aut excogitari. Vno modo,
si præcedentia ipsius Euangeliū consulas verba,
& cum subsequentibus connexeris, & ad pro-
positū applicueris. Verùm vt planius me expli-
cem, duo, tria ve subiungam exempla. Demus,
Math. ii. verbi causa quod prædicet illud Euangeliū,
vbi dicitur. Confiteor tibi pater, Domine cœ-
li, & terra, quia abscondisti hæc, &c. quod qui-
dem ex Communi Apostolorum desumitur. Et
in festo S. Matthæi, & B. patris nostri Francisci
canitur. Cuius quidem exordium habebit hu-
iusmodi. Philosophi sententia est, quod agenti-
um operationes, habent dependentiam à sub-
iecto:

iecto: vnde tales actiones recipiuntur. Atque a
ctiuorum (inquit Philosophus) sunt in patiēte
recte disposito. Manè oritur Sol iutilans, suos
que ignitos radios in lumen dirigit: verum il-
lud indurat. Frustum autem cæræ, feriens, lique-
facit. Vnde ergo hi duo effectus adeò contrarij
emanant? Nimirum à dispositione passi. Pro-
prium namq; ipsi cæræ liquefieri ipso calore, et
luto indurari. Vna igitur, & eadem causa, quæ
est calor, diuersos producit effectus: propter dis-
parem subiectoru dispositionem. Idē omnino
ipsa re comperimus iuxta hæc, que animam no-
stram spectant. Nam quod verbi diuini concio-
nator faciat fructum, aut nimis faciat infidelium
cordib: hoc quidem maximè pendet ex audienti
um dispositiōe. Hinc est quod nonnulli sermo-
nis fructum capientes, contriti, & maximè do-
lentes evaserunt. Et plerique alij subsannantes
concionatorem deriserunt. Nam alij ut emo-
lumenti & frugi quicquam percipiunt, huc se
contulerunt; alij vero elato atque superbo, &
arrogati animo dumtaxat. Verum quod modū
abijt in usum, quondam Christi tempore habe-
batur. Hunc tametsi turba copiosa sequebatur,
omnes tamen non æquo, & simplici animo e-
rant: nec eandem prorsus intentionem habe-
bant. Nam alij eum sequebantur audiendi &
videandi causa mirabilium dumtaxat. Alij vero
ut Pharisæi, ut caperent eum in sermone. Sed
& nonnulli alij ut animæ salutem compara-
rent. Sicut enim eorum animi dispares erant,
eiusmodi verbum dominicum diuersimodè in
eis operabatur: & ita quidam proficiebant, eo p
verbum eius humiliter audiebat: pleriq; tame-
ndi ipsū non intelligebat. Et sic cæci & obstinati,

pro-

M o d u s

propter eorum versutiam permanebant. modò
Redemptor noster quorundam videns duriti-
em & malitiam, quorundam verò virtutis aug-
mentum oculis, manibusque in cœlum leuatis
ad patrem conuersus, dixit: Confiteor tibi pa-
ter Rex cœli, & terræ &c.

Si verò prædicet sermonem duodecimè Do-
minicæ post Pentecosten, licebit pro exordio.
Psal. 100., illud Psalmographi sumere: Misericordiam, &
iudicium cantabo tibi, Domine. Et inter agen-
dum yti his duabus virtutibus, Mundus quasi
geminis columnis connectitur, & maximus De-
us sustinet pro eisdem vniuersum. Cùm verò
de eis non nihil dixerit, mox applicet Euangeli-
um, in cuius parabola depingitur hæc gemina

Matth. 16., virtus. Deus enim nobis misericordiam suam
ostendit, qui piè, & misericorditer se gessit cū
illo iniquo seruo, qui decem millia talentorū
debebat, & hoc quidem misericordia motus.
Nobis etiam proponitur horrendum nimis, &
tremendum eius iudicium. Siquidem tam acer-
bè punicus fuit, ut externis tenebris traditus,
gehennalibus flammis cruciari iussus fuerit,
quoniam proximo suo non pepercit. Hoc met
introductionis modo D. Chrysostomus plenis-
que & varijs locis in suis Homilijs vtitur. Et fe-
rè omnes, quas scribit, in antiquū, & nouū Te-
stamentū, in Acta Apostolorum, & in Paulum.

Insuper & alijs secundus introductionis ex-
tat modus, qui se ita habet. Cùm Euangelicus
concionator congerit, & in summam redigit
Euangelij doctrinam, antequam peculiariter
ad eundum literę contextum descendat. Veluti
si prædicaret Euangelium Dominice Octauæ
post Pentecosten, exordiatur in hunc modum.

Hoc

Hoc Euangelium, elegantem, & maximè egregiam continet doctrinam: in eo siquidem per quandam lepidissimam, & iucundam parabolam Redemptor noster nobis ostendit, quod hæc præsens vita, est benè merendi aptissimum tempus, ut perennem vitam cōsequamur. Et talibus, tantisq; bonis operibus præmuniti sim⁹, ut firmissimum nobis habitaculum in venturo seculo præparem⁹. Docet insuper, & admonet nos, vt pijs, & misericordes simus. Insuper & quod beatitudinis præmium non verbis solum sed operibus bonis obtinetur. Et ita hic villicus nō asseruit: Quid dicam? Sed: Quid faciam? Et bonis operibus suam cooperuit miseriam, ac sibimet profuit. Præterea nos docet alias non minus utiles doctrinas, ut postea liquebit. Modo noster Euangelista inquit: Homo quidā erat diues, qui habebat villicū, &c. Hoc eodē introductionis modo, & dicendi charactere D. Chrysostomus plerumq; vtitur. Et in Homilia tertiadecima in Genesim post eius introitum dicit: Videamus itaque nunc quid doceat nos beatus ille Moses: Et accepit Dominus Deus hominem, quem formauit, &c.

De enarratione Euangelici contextus.

Caput X X I.

NO N V U L I verò solent, absque vīla introduktione, nudam Euangelij literam enarrare, & omnino sine eo, quod quicquam exponant, aut utilem doctrinā exhaustiāt: mox depreciationm ad virginem Mariam faciūt. Alij verò eandem salutionem præponunt. Verū adhuc

Luc. 16.

M o d u s

ad huc famelicum populum, & esurientem, cū
pidumq; bonā, & salubrem doctrinam suge-
di, ieuinum tenent, siccē, & sterili loquēdi mo-
dō, nihil omnino in ipsam literā dicentes. Hoc
autem offendit nimis, peculiariter tamen cū
Euangelij contextus longiusculus extat, sed &
multo magis, cūm ipse met contextus non est hi-
storialis: Cūm enim literā Euangelij habet hi-
storiā, vt in illud, de Lazari resurrectione: dé-
cēci illius à natali illuminatione, aut de prodi-
gi conuersione. Hęc, & similia quamvis in lon-
gum habeant, minus quidem molestè populus
percipit, & audit. Cæterum tam sapientes, & ex-
pertos, qui id ipsum semel, atq; iterū audierūt,
nimis offendit: atq; dum enarrat, in exteris, &
forinsecis rebus præmeditatur, aut inicē lo-
quuntur, donec aliquid noui incipiat conciona-
tor dicere. Ipsi namq; expectant ieuniū aliquid
quod iucunditatē animabus afferat suis. At ve-
rò si huiusmodi cū sint, quedam historiæ nimis
displacent, & fastidire videntur, & valde qui-
dē offendunt: quanto magis offendit, si merum
literæ contextum, vt pote corticē, & sensum ei-
tus enarrauerit? Exempli causa, illud Euangeliū:
Vos estis sal terræ. Et illud: Nemo potest duo-
bus Dōminis seruife. Et Euangelia post Pente-
costen: Si quis diligit me, sermonem meum se-
tabit. Et illud: Sic Deus dilexit mundum, vt si-
lium suum vnigenitū daret. Et sic de reliquis
Verbi ut nos ab hisce incommodis cœuae-
mus ne populum aliqualiter offendamus, aut
prosper detineamus, qui spiritualem pastū de-
siderati initio namque promptiorēm habet per-
cipiendi appetitum. Dicimus geminum effe-
tū Euangeliorum genus. Quoddam est, quod in
se sunt

18. 11.

18. 9.

24. 15.

C O N C I O N A N D I.

46

se continet doctrinam, sententiasve, ut in illo:
Estote misericordes, sicut & pater vester cœle-
stis misericors est. Et illud: Nisi abundauerit iu-
stitia vestra plusquam scribarum, & Phariseorum
&c. Et illud: Vos estis sal terræ, & alia huius-
modi. Aliud verò est Euangeliorum genus, ut-
pote historicum, referens aliquod miraculum,
aut aliquam parabolam enarrans. De quorum
priori Euangeliorum genere dicimus non fo-
re necessum in ipsius Euangeli initio, aut in fi-
ne literam enarrasse. Verùm si quispiam in so-
lemnitatibus Doctorum prædicaret illud Euan-
gelium, Vos estis sal terræ: poterit equidem de-
fale isto totam concionem facere, & cum sa-
le conficere sermonem, nec omnino subsu-
mere; Vos estis lux mundi. Aut: Non potest ciui-
tas abscondi. Et sic vltimam concioni manum
imponere. Si verò in illud. Vos estis lux mun-
di; voluerit prædicare, breuiter, & sum-
mis quasi digitis illud tangat; Vos estis sal ter-
ræ: aut non nihil, si placuerit, dicens doctrinæ,
quousque peruentum fuerit ad illud: Vos e-
stis lux mundi: qua cum luce omnem concio-
nem poterit conficere: intacta relinquens cæ-
tera Euangeli verba. Quod si vniuersum Euan-
gelium prædicare decreuerit, atque in vltimis
verbis sermonem fundare, tunc temporis om-
nen contextum enarrare poterit. Quamuis ta-
men ne insulsus, aut tepidus procedat, nonnul-
la inter enarrantum ingerat: utpote conducibi-
lia, & audientibus nimis incunda, quousq; ad
illud, quod habet prædicare, deuentum fue-
rit, ibiq; sistens, sermonem consummabit. Idem
omnino poterit facere in illud Euāgeliū: Estote
misericordes. Nā de misericordia loquēs sanè
poter-

M o n s

Poterit cum ipsa misericordia sermonem cōfīcere, absque eo, quod illud subsumat: Nolite iūdicare: & sic de reliquo totius Euāngelij. Idem prorsus dicimus pro Euāngelijs festi Penētēcostes.

Verūm de his, quæ aliquod miraculum cōtinēt, aut parabōlicam historiam enarrant, eiū modi sunt ex secundo Euāngeliorum genere, ut iani p̄adiximus: iuxta quod duo asserimus. Primum quidem est, quod tota p̄arabola, cunctaque Euāngelij miracula referenda sunt; & prorsus enarrandā: ob cuius defectum, seu pentriam inde sequeretur Euāngelij historiam imperfectam, truncatamque relinquare. Quod portentum, & indecens maximē foret. Nam si illud Euāngelium de quinque panibus, & duobus p̄iscibus, quisquam p̄adīcasset, & in medio ipsius conficeret sermonem: nec prorsus dixisset, q̄ illa magna turba paulo p̄iscium, & pānum saturati sunt; & quod fragmentorum duodecim cophini collecti sunt, enarrationem quippe truncatam, & imperfectam faceret. Siquidē metam, & illius misericordi gesti terminum non tetigisset, nec histōria cursum prorsus enarrasset. Idem omnino dicimus, cūm Euāngelij contextus parabolicus est. Exempli causa. Si quis illius Euāngelij parabolā de quinque virginib⁹ fatuis, & de quinq⁹ prudentib⁹ p̄adicateat, atq; interruptū illud relinqueret, in quo agitur uti fatuæ virgines exclusæ fuerūt à nuptijs, nec tandem concilidēret, dicens: Vigilate itaque quia nescitis diem, neque horam: hunc concionatorem sapientes quique irriderent, & indocta genis ieuna receperet, haud emolumēti quicquā inde capiens.

CONCIONANDI.

47

Et cuncta in confusionem abirent, & vniuersi ordinis fieret euersio. Quapropter congruentissimum quidem est, vt exactè compleatur, atque omnino parabolæ discursus enarretur, aut ipsi historiæ finis imponatur. Sic namque abundantium animi quiescunt.

Secundò dicimus, quod supposito, quod illud Euangelium vtpotè historiale seu parabolicum ad vnguem sit exigēdum, præhabita (inquit) ipsiusmet introductione, Euangelij literam mox adire conetur, scilicet periodum proponendo, & statim doctrinam ex visceribus, & medulla contextus deducendo, digressionibus, & notabilibus pro temporis opportunitate literam ampliando exornare: & mox ad ipsius Euangelij punctum, & ad eum, vnde exiuit, locum reuertatur. Ita cum totius Euangelicæ historiæ, aut omnino parabolæ discursum conficiet, ipsam quoque concionem consummabit. Nam cum iterata verba, terque, quaterque repetita, fastidium maximum in animis audientium causari videntur, si iam semel Euangelij contextum enarrasti, & mox in ipsum reuertens, vt conceptus exinde deducas: nonne liquidum est, quod idem iterum atque item subsumis? Modò si semel ipsam enarras, vtpotè immediate digrediens, duo inde commoda insurgunt. Alterum quidem est, quod semel eundem contextum enarris duntaxat: illud verò est, quod tuus non te pescit affectus, nec audientium aures offendis, velut si ipsam literam nudam referres. Ceterum fortè si cuncta, quæ habes prædicare, ea fuerint in ipso historialis Euangelij initio, atque in postrema eius verba nihil omnino dicere habeas: tunc

G

tem-

M o d u s

temporis reliquum Euangelij nudum, & ille-
pidum fore cōstat, & præcipue eius finem: qui
quidem, vt prælibatum est, sermonis exitus o-
mninō feruidus, & maximo spiritu prolatus
debet esse. Tunc enim hoc vti consilio con-
gruum erit, semel discurrere vniuersam Euan-
gelij historiam enarrādo in principio sermo-
nis, & interea enarrando ipsam literam, quasi
quædam notanda ingeres, quæ ipsam literam
comitentur, ne te ipsum infringides: Denique
verò quauis optima & ingeniosa ratione, seu
authoritate ipsum finem cum principij perio-
do connectes: eo tamen artificiosè id ipsum
consitum maneat, quod nisi quisque satis per-
spectus, aut nimis acutus fuerit, id prorsus ig-
noret factum. Et mox prædica, quod super eius
principiū dicere habes. Verbi causa. Cūm il-
lud cæci à natuitate Euangelium prædicatur,
pleraque tamen dicere habes in illud: Veniet
nox, quādo nemo poterit operari. Et in illud:
Quis peccauit, hic aut pārētes eius? In quo qui-
dē loco longē, lateq;, & spirituī maximo feruō
revis ptractare, & viua vocis energiā homines
ad pœnitentiā allicere, & vt benē, pieq; viuant,
nec in nouissimū tempus medelā vlcērum dif-
ferant. Tunc temporis initio poteris hæc duō
puncta summis quāsi digitis, & quāsi per trans-
ennam tangere. Et quoniam Euangelij conte-
xtus longiusculus est: enarrato ipsam histo-
riam, & interea quāsi quasdam buccellas, &
frusta, doctrinam ingeres. Verbis tamen Latini-
nis, quantum poteris, vtere pārcē, nihil omni-
nō Romani sermonis, enarrationisve omit-
tendo, sed & viua præceptoris voce, atque ex-
pedita summāq; latētis energiæ, & instar o-
ptimi

C O N C I O N A N D I .

43

ptimi cuiusque Rhetoris, seu tragœdi vultus
obseruare tenores, atq; membrorum æquabili-
les motus sectari. Tandem cùm peruentum fu-
erit ad illud verbi, cùm Christus Dominus se
huic cæco manifestauit, & ipse tunc Christum
adorauit pronus, tunc, inquam, poteris dicere:
O quām probè Redemptor mundi dixit: Con-
fiteor tibi pater, Domine cæli, & terræ, & cæt.
Multi ex sapientibus, & ex legisperitis non
nouerunt Christum, & ex principibus huius
sæculi plerique eum ignorarunt, cùm cognoscere
studérerent, quæ interrogabat: Si tu es Chri-
stus, dic nobis palam. Et adhuc non cognoue-
runt, nec digni habitu sunt nosse tantum myste-
rium. Verum huic cæco, paruulo, & mendico
hodiè se manifestè ostēdit. Sic ipse per Esaiam Jean. 10.
ait: Ad quem ego respiciam, nisi ad contritum,
& humilem? In hos Deus oculos suos cōuertit,
relictis sacerdotibus legis, & primatibus, di-
uitibusque in templo: quam primum exiens
clementissimus, & piissimus redemptor, oculos
suos fixit in hoc mendico, & paruulo. Ve-
rum eius discipuli vidētes, Dominum, cæcum
inspexisse, ansam quærendi inuenerunt, dicen-
tes: Nunquid hic peccauit, an parentes eius,
qui cæcus natus fuerat? At discipuli sibi ipsis
imponebant, existimantes, quod non ob aliam
causam Deus vnicuique languores, seu infirmi-
mitates tribuit, quam propter eorum crimina.
Cùm id ipsum pro beneplacito Dei contingat,
& omnibus accidat, & etiam ut Deus in operi-
bus suis manifestetur. Hic aptare licebit illud,
quod antea concionator volebat dicere, &
mox ad illud Euangelij: Me oportet operari;
pertranseat. Ad hunc modum quæcunque in-

prom

M O D V S

promptu, & ex corde habet dicenda, prædicare poterit: & denique ipsam concionem maximo cum feroore, & spiritu perstringat.

Quod verbi Dei concionator ad omnium utilitatem prædicet.

Caput X X I I .

CVm Euāgelici concionatoris is debeat esse finis, & intentum, vt fideliū animæ veram obtineant salutem: sic etiam debet eligere media congruentia ad hūnc exactum finem exequendum, nimirum vt corda alloquatur, insuper & populum ignarum doceat, & bonis etiam moribus instruat. Ad hoc autem eligito vtilia satis loca scripturæ, & iucundos nimis, & placidos dicendi modos: non ea, quæ subobscura, sterilia, & speculativa sunt. Velut quidam nō infimæ notæ concionator faciebat. Qui cum illud diuitis auari Euāgelium prædicasset, totam penè horam consumpsit in expositione illius periodi: Est chaos inter nos, & vos: qui referens, & multiplicans opinionū sarcinas, vt explicaret quidnam esset illud chaos, doctrinam vtique saluberrimam, quam aduersus huius sæculi auaros poterat prædicare, missam fecit. Insuper & contra helluonum voracitates, & contra luxum indumentorum, & splendidè epulantium turpitudinem, & modicam erga suos proximos pietatem taxare. Deinde quo tendunt huius sæculi diuites, & primates. Et de pœnis inferni, & perenni gloria tractare. Deniq; de alijs nonnullis moralibus materijs, quas illud euāgelium continet, valde animab' vtiles. Eiusmodi verò concionādi modus,

Lxx. 16.

CONCIONANDI.

49

dus, eos, qui aderāt nimis offendit, & populum
ieenum vtili doctrina dimisit. In Euangelio
namque comparat Redemptor noster ipsum
concionatorem patrifamilias, qui profert de
thesauro suo noua, & vetera. Omnis (inquit) *Luc. 13.*
scriba doctus in regno cælorum, similis est ho-
mini patri familias qui profert de thesauro suo
noua, & vetera. Negociator, & vniuersi illi, qui
suas officinas aperiunt, vt omnem supellec-
tilem venalem habeant, & insuper absconditos
thesauros aperiunt, & demonstrant, vt pluris
habeantur, nimirum ostentandi, & ostendendi
causa. At verò Paterfamilias omnem supelle-
ctilem, suosque thesauros abscondit in thecis
suis, vt cùm necessitas ipsa cogat, filijs, & filia-
bus suppeditet necessaria: domesticosque in-
duat vestibus, & filias monilibus exornet, &
nummos & victum, & alia huiusmodi domui
necessaria comparet, depromit. Vide at ergo
Euangelicus concionator, quòd non compara-
tur mercatori, qui omnem supellectilem ve-
nalem habet. Nec quidem habet concionari
ostentandi, aut potius iactandi ratione, nec vt
sua doctrina maximi pédatur ab omnibus. Ex-
pedit tamen ipse, esse, velut paterfamilias, &
ita ex abscondito thesauro scientiæ, & sapien-
tiæ suæ depromat, & charitatis suæ supellec-
tilem eroget, egenosque humilitatis indumen-
to contegat. Insuper & tepidum lachrymis,
& cordis dolore confundat, atque peccatori
gratiam, & charitatem impetrat, & miseris
tribuat solatum, & vexato remediu exhibeat.
Huiusmodi quidem habet concionari ad fi-
delium omnium vtilitatem: non autem vt sui
ingenij aciem, & perspicacitatē ostendat. Qua-

G 3

propter

M o n v s

propter abhorre debet omnino ab omni doctrina, quæ in curiositate magis fundatur, quæ ad piætatem, & morum castigationem pertinet. Ut Euangelici ministerij facile princeps Paulus plerisque in locis suarum Epistolarum nos docet, peculiariter ad Titum, & ad Timothæum scribens: qui quidem concionatores erant. Ad hæc Euangelicus concionator attendat oportet, ad audientium qualitatem, & capacitatem. Et sic quidem eligere poterit congruentem doctrinam ad præsentium commodum, & utilitatem atque vitiorum, quæ magis prædominari cernit, aut coniecat, extirpationem. Et ita concionatorem expedit virum saniè prudentem, & perspectum esse. Aliter namque in capitulis, & congregationibus debet prædicare Episcopis, & Presbyteris: & aliter monialibus &ceteris religiosis. Aliter regibus, primatis, & equitibus: aliter rerum fabris, & agricultoris correctionem adhibeat necessarium est: & aliter generaliter loquendo. Si prædicet tamen ubi pestis, aut famæ (quod absit) aut quocumque aliud contagium creuerit, insuper & de alijs quibusque infortunijs, aut ciuilibus bellis, eis omnibus spem adhibeat in Deo maximo habendam: atque etiam eos moneat, ut vita depravatos mores corrigant, & radicibus vitia amputent: quæque, ut primum corixerint, absque dubio Dei ira cessabit. Vbi sacrae scripturæ referat exempla, ut in peste illa in diebus Dauid Regis: & famis in diebus Eliæ, & Elisei Prophetarum, quibus omnibus maximus Deus succurrerit. Et in tempore Moysi, filios Israel pane cæli saturauit, & in deserto quinq; panibus, & duobus piscibus magnam turbam pauit.

1. Tim. 1. 4.

2. 2. 2.

Tim. 2. 2. 3.

ad Titum 2.

2. 3.

2. Reg. 24.

3. Reg. 17.

4. Reg. 6.

CONCIONANDI.

pauit. Et illud, quod in Euangelio habetur. Nō *Matth. v.*
 h̄ite solicii esse, dicētes: Quid bibemus, &c. Cæ
 terū si in fœlicibus, secundisq; temporibus,
 & lātis nimis prædicet, ostendat, doceatque
 quanta maxima cum prudentia, & temperan-
 tia hæc omnia subeunda sunt, vt potè cum gra-
 tiarum actione: siquidem nihil permanens, ni-
 hil omnino stabile in huius vitæ rota extat: at-
 que secundis rebus vt tribulationes, & angu-
 stiæ succedunt, & ærumnae insurgunt. Ad hunc
 modum debet suam doctrinā concionator tra-
 dere, vt omnium Deo animas comparer, & in
 altissimi seruitum, & amorem trahat: secun-
 dum illud Apostoli: Omnia factus sum omni- *I. Cor. 9.*
 bus, vt omnes ad me traham.

Iterum moneo concionatorem, ne autorita-
 tum numerū multiplicet, sed eas duntaxat, que
 ad rem facere videntur, & curet vt audientes
 vtilitatem, & emolumentum percipient: & vt
 verba sua memorijs, & fidelium br̄cordijs te-
 naciter hæreant: aliter enim f. e. est audien-
 tium aures offendere, & nihil omnino frugi, &
 cōmodi capere. Sufficit namq; duos, tresve pun-
 ctos, seu digressiōes deducere, & ijs probè re-
 latis & satis superq; dilatatis, congruentibusq;
 exēplis, & autoritatibus exornatis. Errant non
 nulli, q; quidem eū sanè egregiū verbi Dei con-
 cionatorem prædicāt, & nimis collaudant, vi-
 rum tenacis, immortalisq; memoriz eū dicen-
 tes: eò quod autoritatū sarcinas inter prædicā-
 dum cōgescit, retulit, & coaceruauit. Quostū
 si percōteris, & examines & intima pscruteris,
 nihil omnino frugi cōcepisse inuenies. Nec vox
 ipsius quē collaudant concionatoris, in imum
 cōrdis pertinet: sed quasi attoniti affecti dun-

M o d u s

taxat vocis Echo resonabit verticisauras. Verum qui prodeesse studet, & animarum frumentum exoptat: ea prædicet, quæ ad tantum locum spectant, secundum prædictum dicendi modum. Diuus nanque Chrysostomus hoc passim vtitur dicendi stylo in homilia sexagesima in Matthæum: in illud Euangelij: Vnde mundo à scandalis: duo loca solum ampliat. Quod quamvis concionator pleraque loca pertingat: id quam brevissime faciat: & mox ad sibi signatum & prædicadum locum pertranseat, secundum D. Chrysostomi dicendi modū, ut in prædicta homilia facit in illud Euangelij: Angeli eorum semper vident, &c. Vti angeli custodes nobis dati sunt, ut nos custodiant, satis difusè pertractat, & ne proximos nostros contemnamus, &c.

Matth. 18.

Quod Euangelicus concionator doceat.

Cap. XXXIII.

TRIA quidem Euangelicus concionator debet facere: nempe docere, delectare, atque mouere. In præsenti capite, & in duabus subsequentibus de ipsa doctrina, & quomodo sit tradenda vt cumque tractabimus: denique verò agendum est, quomodo delectare, & mouere debeat. Expedit ergo concionatori, qui fructum facere desiderat, eam tradat populo doctrinam, quæ maximè ad eorum salutem spectare videtur. Itaque doctrinam sanam, Catholicam, distinctam, veram, solidam, atq; satis perspicuam prædicet. Postquam enim Apostolus Timotheo nunciauit nonnullos fore pseudoprophetas, qui perperam suam doctrinam

CONCIONANDI.

51

pam suadebūt, subdit statim: Prædica verbum,
 iusta opportunè, importunè, argue, obsecra,^{2. Tim. 4.}
 increpa, in omni patientia, & doctrina, &c. Nec
 anxias nimis quæstiunculas ad huiusmodi lo-
 cum discutiendas afferat. Nec scholasticis du-
 bijs se inuoluat, aut in eis moretur. Cæterùm
 cùm id ipsum necessitas postulabit, meram, nu-
 damque veritatem illius dubij afferat, absque
 eo, quod referat aliorum opinione, aut quem
 quam impugnet: Quod quidē negotium scho-
 lis relinquendum est, vt disceptationibus, &
 argutijs veritas ad ynguem exigatur. Verum
 de prædestinatione, aut de animæ immortaliti-
 tate, neutiquam prædicet. Multò minus Lutheri
 hæresim referat, aut quascunq; aliás, nec earum
 fundamenta. Hoc enim turpissimum & nefan-
 dum est. Quæ insuper scandalum germinabūt,
 & tanto loco nimis incongrua videtur. Igitur
 ad omnium vtilitatē prædicet, vt B. Gregorius
 probè suadet libro tertio de pastorali cura, ca-
 pite sexagesimo sexto. Expedit illi, esse velut
 quandam Domini villicum, qui victimum in do-
 mo sui Domini impertit. Qui enim ita faciet, à
 Domino seruus bonus, & fidelis dicitur. Itaq;
 concio scateat doctrina sanè vtili, suadeat, do-
 ceat, moneat, atque alias illustret, & probè se
 ipsum explicet: vt memorijs audientium tena-
 citer hæreant eius verba, vt ex eis vtilitatem ca-
 pere possint.

Quanam doctrina communiter vti debet.

Cap. XXXIII.

EVANGELICVS concionator sapientissi-
 mè debet a gere, & pertractare, de necessitä-
 te, & congruentia bonorum operum. Plerique
 n. sunt qui prauè, & luxuriosè viuendo, nimis

G 5 audacter

M o n v s

audacter & temerè confidūt, dicentes se Christianos esse, & cum fide mortua duntaxat contenti sunt. Eiusmodi enim doctrina absque eo quidē utilis, & congrua maximè est: tacitè quoque Lutheri turpissimi hæresis taxatur. Peculiariter tamen Euāgelicus cōcinator prædicet aduersus duo communissima, & nimis vulgata vitia: nimirum aduersus detractores, & lucri turpis cupidos, & thesaurizandi nimium auidos. Inter quæ vitia primum quidem, ab omnibus quasi quoq; leuissimum crimen contemnitur. Ipsi namque nisi falso aliquid proximis imponant, de reliquis non curant nec eos conscientia aggrauat. Ita quorundam ignorantia eo usque se extendit, ut existimet se minimè peccasse ut potè proximi sui vitium sane ignotum, cùm noxiū illud sit alijs reuelare, qui cùm verū omnino dicant, nullatenus peccare se putant: peculiariter tamen si id ipsum parentibus, aut fratribus, sodalibusve, aut amicis ostendant. Huiusmodi namque ignorantia, cùm non sit inuincibilis non excusat à peccato: quin potius (ut ferunt) ignorantia crassa est. Quām plurimi quidem sunt qui in hoc offendunt, qui altero pede claudicant, propter quod nusquam poenitent, nec dolent, aut prorsus eadem confitentur. Quapropter nonnullos videas, quos si taxes, eò quidē erga suos proximos valdè ignominiosi sunt, aut nomen eorum detrahunt, & maledictis laceffunt, horum responsio vulgaris in promptu est, & valdè visitata: dicunt enim: Nosilli hoc non imponimus. Sub veritatis pallio celant sui criminis dolum: nec abscondita vitia pandere, vitium esse putant. Plerisque etiam probè factum videtur.

CONCIONANDI.

54.

detur Presbyterorum, ac religiosorum crimi-
na (ne dicam defectus) prodere , absque eō
quod eos humiliter & charitatiē prius cor-
rigant, secundum illud Euangeliū præceptum:
Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe
eum inter te, & ipsum solum : si te audierit, lu-
cratus es fratrem tuum: Si autem te non audie-
rit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in
ore duorū vel trium testiū , stet omne verbum.

Matib. 18.

Aliud insuper est peccatum satis vulgatum, &
commune, quod multi quidem propter igno-
rantiam committunt, vt causarum iudices, &
commerciorum gerentes, quæstores, & peculiari-
ter rerum fabri, & qui res venales habent: qui
plus quam par est, & æquum, pro eis pretium
depositū, & cum eiusmodi precium eis offer-
tur, quasi inuito emptore ea congerūt & rape-
re non dediantr. Quod cum quæstus planè
sit, & mortale peccatum, de hoc non curant:
Nam sicut mulieres publicæ, & scorta, que iam
perfriuerunt frontem, quamvis actualiter nō
peccant, propterea tamen à peccato non libe-
rantur, siquidem firmū habent propositum,
dum se obtulerit occasio, Deum offendere.
Similiter de his omnibus dicendum, qui
quamvis regulariter, aut propè semper quæ-
sturam non exerceant, aut aliena, ei plus quam
par est, usurpent, sat est, vt hanc depravatam
expoliandi proximi voluntatem semper ha-
beant, vt de eis affirmare & dicere possimus,
quod in graui peccato viuunt: id ipsum tamen
eos non mordet, nec suo iudicio eos aggrauat:
quin potius si ab eis postules aut reprehendes
quare eiusmodi machinentur subdola? tibi
quidem respondebunt, dicentes; Quomodo
conju-

M o n u s

coniugem, aut y otius liberos alemus? optima quidem responsio. Hasce ergo & similes cras-
fas ignorantias Euangelicus propugnator in-
crepare tenetur, vt potè docendo & eos illumi-
nando, qui in tenebris ignorantiae, vel potius
malitiæ vagantur: & huius quidem criminis
turpitudinem pensare, & insuper quò recta
via paulatim in tartarum libentes descēdunt.

At verò præter has duas ignorantias seu no-
xas in quibus insistere habet, de versutia, turpi-
tudine, siue malitia peccati pertractet. Et de
acerbissimis Inferni pœnis, de magni iudicij
die, & de mortis memoria. Nam eò hominum
se extendit malitia, vt ansam peccandi sumant,
propterea quòd tantam Dei cernunt misericor-
diam. Et propterea Euangelicus concionator
magis se inducat, vt acerrimis verbis, terrori-
bus, & horroribus audiētum animos conser-
nat: quām vt illecebris, & misericordijs, lenis-
simisque verbis eorum inuitet animos. Absq;
dubio hac via maius emolumentum compara-
bit, nec non & peccatores magis cohibebit, vt
peccandi abusum deserant: vt potè gehennali-
bus sibi flammis oblatis, atque horrénum ma-
gis Dei iudicium & strictam nimis rationem
ab eis descendam proponat eis. Nam veteris
legis Prophetæ plerunque crebris commina-
tionibus populo prædicabat: quippe qui eius-
modi perterriti sermonib^o ad Deū totò corde,
& cum lacrymarum effusione reuertebātur (sic
nostra postulat deprauata natura, atque rebel-
lio) cuiusmodi Esaias stricto minarum gladio
aggreditur, dicens: Væ genti peccatri, popu-
lo graui iniquitate, semini nequam, filijs scele-
ratis. Dereliquerūt Dominum, blasphemae-
runt

CONCIONANDI.

53

runt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.
 Super quo percutiam vos ultrà addentes prævaricationem? &c: Huiusmodi quidem combinationibus, atque terroribus hoc primum caput scatet. Et in secundo capitè subdit: Exaltabitur autem Dominus solus in die illa, quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogatem humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes querqus Basan, &c. Tandem concludit, dicens: Qui escite ab homine cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse. Ieremias quoq; in primis eius verbis animaduercionibus, & increpationibus, populo comminatur, dicens: Ecce ego conuocabo omnes nationes regnum, &c. Verum, ne longior, quam pars, si am, reliquum est, ut receptui canamus, si quidem sermo noster ad eos sit, quos non decet scripturæ sacræ ignaros esse: quibus, si placet omnia prophetarum volumina licebit euolere, quæ terrificis minis exuperant, atque acer- rimis obiurgationibus pullulant: quibus cum peccatorū induratos animos ad poenitentiam, & maximum dolorem allegerunt. De his quidem materijs D. Chrysostomus communiter tractat, & ita in homilia i. in Matth. agit de causa peccati. Et Tomo 5. homilia quadragesima octaua, de tremendo magni iudicij die peragit. Et homilia septuagesima eiusdem quinti tomij, Nihil omnino ieunium prodesse ait, nisi vita immaculata, & innocens sit. Et in alijs plerisque locis idem facit.

Debet insuper Euāgelicus concionator quæque alia grauissima crimina ostendere, & ut turpis-

Esa. 2.

Ierem. 1.

M o d v s

eturpiissima, pensare: quæ quidē cùm in hoc sæculo ea censura, sicut & alia, non puniantur, propterea in ijs passim offendere non trepidant. Eiusmodi sunt blasphemia, periurium, ingratitudo, libido, obtrectatio, contumeliaz, detractio, ambitio, & simplex fornicatio, &c. quæ huius sæculi censores, & iudices arbitri parui pendunt, nec vindictam sumūt. Euangelicus tamèn concionator, & maximi Dei honoris zelator, has vtiq; turpitudines increpet, & tanquam grauissima crimina execratur: quod & sacrae scripturæ exēplis confirmet. Ita namque Esaias facit, & Christus Dominus in Evangelio. Ad hæc tamèn iurandi abusum omnino abolere studeat, & radicitus extirpare: quod vitium maximè receptū est ab omnibus, vti D. Chrysostomus facit in Homilijs ad populum Antiochenum, Homilia quarta, quinta, sexta, septima, octaua, nona, decima, vndecima, & duodecima, & alibi. Et in homilia decimana inscripta ad agricolas de vitando iuramento. In contrarium tamen populus nonnullas virtutes habet, quas quoniam ignorat non pluris habet: quas & innotescere, & summis efferré laudibus concionator tenuerit: sicut & Dei Apostolus facit fidem Abrahæ patriarchæ collaudans cum omnibus sibi adiacentibus, ut magis ac magis exaltetur. Idemq; facit Origenes homilia quadragesima sexta in Genesin.

Esaï. 1.

Matth. 5. &

23.

Rom. 4.

De doctrina Ethnicorum. Cap. XXV.

DOCTRINA est D. August. plerisq; in locis suorum scriptorum, congruum esse Christianis; & peculiariter concionatoribus
(de)

CONCIONANDI.

de quibus præsens sermo vertitur) philosophorum gentilium, & Ethnicorum dictis, & probè assertis vti. Nam, secundum D. Ambrosij sententiam, veritas à quoquaque dicatur, ab Spiritu sancto est. Eiusmodi namque maximus Deus significauit Pharaoni in somno illo sterilitatem, & libertatem in Aegypto futuram: & Nabuchodonosor in visione statuæ. Et a sinæ Balaam os aperuit: & prophetauit per os Balaam, & Caiphæ viri nequam, & reprobi. Verba autem D. Augustini, quæ huic opinioni aliquid insuper addam, quæ libro secundo, de doctrina Christiana habentur: Philosophi autem, qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non solùm formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in usum nostrum vendicada. Atque etiam ut ipsemet August. loco citato afferit: Sicut filij Israel petierunt ab Aegyptijs vase aurea, & argentea, quæ omnia denique conflantes obtulerunt Deo, ut tabernaculum cōstrueretur, & maximus Deus honorificaretur: eodem modo Christiani debemus nos gerere erga Philosophoru, & Gentilium dicta, quæ sunt velut vase argentea, & auri frusta, & huiusmodi expurgata aptare ad scripturæ loca: ut tandem ad ædificationem populi prosint. Quod fecisse nimirum legimus Euangelicæ disciplinæ principem, qui in prima Epistola, quam ad Corinth. scribit, inquit, Corrumput bonos mores colloquia prava: quod probè vtique dictū ex Menandro quodam Ethnico poëta desumpfit. Etiam ad Titum scribens, dicit: Cretenses malæ bestiæ. Quod ab Epimenide prisco duxit. Atque in Actibus Aposto-

*Genes. 41.
Dani. 2.*

Nume. 22.

Ioan. II.

*Exod. 12.
Exod. 25.*

1. Cor. 15.

Tit. I.

M O D V S

Aetor. 17. Apostolorum citat Aratum poëtam dicentem:
In quo viuimus, mouemur, & sumus. D. Hiero.
quoque scribens ad Magnum oratorem Roma-
num plerosque commemorat non minoris san-
ctitatis, atq; egregios viros, qui de Orthodoxa
fide, & de Christiana religione pertractantes, à
Platonicis nonnulla duxerunt, & ab alijs Eth-
nicorum scriptis ad Ecclesiarum sacræ cultum, &
Euangelicæ doctrinæ ornatum traxerunt. Le-
gimus Adriani Imperatoris factū, qui ob quen-
dam sibi librum oblatum à Quadrato Athenar-
um Episcopo, Ecclesiā persequi desijt. Quam
cum summo odio prosequeretur Iulianus A-
postata, indixit quod nullus omnino ex Chris-
tianis philosophia studium sectaretur, aut li-
beralibus disciplinis operari daret. Aduersus
huius detestandum Iuliani edictum, atque tur-
pissimum præceptum, expedit cōcionatori, ut
in liberalib. disciplinis probè fit instructus: vt

Deut. 21. cūm se obtulerit occasio, hisce vtatur. In Deu-
teronomio p̄ceperat Deus, quod captiuā quæ-
que fœmina vt viro nubere posset, omnem cæ-
sariem raderet, atque vngues resecaret: & sic
Hebræus eam posset ducere vxorem. Haud se-
cūs quidem & nos ex Philosophorum assertis,
& poëtarum dictis debemus omnem immun-
ditiam abolere, & excrementa tollere, atque
fabulosa euellere, & superstitiona amputare,
atque ita probè examinata poterunt Ecclesiæ
limina salutare, & eius consortium inire. Tūc
enim ad virtutis theatrum spectabit, & sacræ
scripturæ deseruierit.

Veruntamē consulimus cōcinatori, vt hanc
dicendi copiam quodam moderamine sumat.
Namque Ethnicorum asserta, & poëtarum car-
mina

CONCIONANDI.

36

Mīnā in pulpito non sunt referenda, & omni-
hō recitanda, nisi rariissimē, & aliqualiter. Poe-
sis namque ibidem est velut pomū inter op̄i-
paras quasque, & lautas dapes, quod discum-
bentibus non apponitur, vt ventri indulget,
aut reficeriat, sed vt appetitū solum excitet, vt
reliquæ intrudantur epulæ. Ita quidem sacræ
scripturæ doctrina, nostrum debet esse quoti-
dianum, & viuificum, atque substantiale nutri-
mentū, & animarū victus, & refocillatio: poesis
tamē instar est alicuius condimenti, q̄ appetitū
excitet nostrum. Non nulli siquidem sunt, qui
quodam versiculo adeò delectantur, vt omnem
deinde mentē ad ea, quæ prædicanda sunt, pror
sus adhibeant. Insuper & ipsum concionato-
rem satis in omnibus versatum, & vniuersalem
reputant. Quibus cum pignoribus suam doctri-
nam authenticām facit, & æquiori animo eam
sestari impellit. At verò illū, qui pōmō, vt cera-
sis & alijs huiusmodi, atque aquā ēnutritur dū
taxat, male habere & turgidum incedere cerni-
mus. Noh aliter qui humanis omniō libris cō-
gaudent, eos ternas tumidos, & inflatos viuifi-
to nutrimento carentes, nec mellifluos sacræ
scripturæ riuiulos degustantes. Quapropter hęc
Ethnicorum doctrinā quasi quid accessoriū
adhibenda, & ingērenda est: quam quidem ra-
riissimē in medium fore trahendam iam dixi-
mus, & dum se obtulerit occasio. Paulus han-
que Apostolus in suis Epistolis trigintaquinq;.
viciis citat Dauid: & Esaiam viginti septem,
tum etiam passim veteris legis commēmorat
loca: Tet autem dumtaxat Ethnicos citat poe-
tas, quos & suprà retulimus. Ita quidem concio-
nator səpissimē scripturæ loca referat: plerūq;
H
Quæ

M o d u s

que Paulum, & psalmographum citet, & tam
veteris, quam noui Testamenti authoritates, &
Esaiam cum reliquis Prophetis, & insuper sa-
cræ scripturæ sanctos, & egregios Doctores.
Sed ut iam monuimus raro se inuoluat, & ha-
reat gentilium doctrinis, quam ut ipsa & postu-
let occasio, & noster adhuc soporatus appetitus
requirat.

Vt concionator habeat delectare.

Cap. XXVI.

IUXTA modum autem delectandi, non
est nobis obseruandum rhetorum documen-
tū, quo cùm nonnullas facetias referre, & dice-
re monet, vt audientiū animos oblectet. Sug-
gestum nanque, virtutum grauissimum quidē
est, & sanctimoniam quandam p̄r se fert, &
vultus seueritatem, & membrorum æquabiles
motus, & verborum moderamen: longè tamen
absit, vt scurrilitas, nenīæ, aut facetiae in hoc
tanto, tamque insigni loco audiantur: & Euangeli-
cus concionator se prorsus abstineat, ne ibidem
talia proferat verba, quæ risum excitet.
Sic enim Diuus Hieronymus ad Nepotianum
scribens, monet: Laudes (inquit) tuæ, lacrymæ
auditorum sint. Abstrusum enim, & execrandū
nimis est, quod concionator imitetur, atq; scur-
rarum munus usurpet, & facetias ibidem di-
xerit, vt deuotam plebem ad risum prouo-
cet, & euertat omnino. Verum ut optimè se-
gerat concionator, & Deo maximò placeat, hoc
in suis concionibus præferat, & quidem hoc
modo delectet, vt recto ordine procedat, & e-
gregias comparationes in medium afferat, &
scripturæ sacre loca citet, & pleraque notanda
dicat:

C O N C I O N A N D I.

dicat: grato dicendi stylo, & qui iucunditatem
præbeat. Ita quidem se debet gerere conciona-
tor, velut optimus quisque architectus, aut do-
mificator, qui vt turrim, aut opulenta laquea-
ria fabricet, vndique lapides, & ligna num con-
gruentia sint, conspicit: & mox mirificè ordina-
ris, suis quibusq; locis aptat. Quod si minus cō-
gruentem, & tenuem materiam quasi ruen-
tem inuenit, inter utrosque parietes calce con-
stringit, ne prorsus videatur. In suis ergo con-
cionibus prædicator studeat, vt qui proba, & e-
gregia sint, & mirifico dicendi charactere dis-
posita: si minus quæpiam fuerint eiusmodi,
in eam sermonis partem eadem ingerat, vbi
minus requirantur. Cuius quidem doctrina in
duobus consistit. Aut enim illud, quod habet
prædicare, est quid egregium, & subtile, & tūc
eo modo ipsum proferat, vt ab omnibus percipi
valeat: & eiusmodi terminis, & comparatio-
nibus, vt neminem fugiat audientium. Verū
si illud punctum sit tritum, & commune, dici-
to illud sub aliquo dicendi stylo, quod non sīc
vulgatum, quibus rhetorici colores suggestūt;
Primo dicendi modo assidua bonorum libro-
rum prælectio iuuabit. Verū tamen ipsi do-
ctrinæ quam habet prædicare, non nihil peculi-
are dicendū ex cogitat, quodq; exquisitum sum-
mo studio requirat, illius inquam vitij aut vir-
tutis, de quibus pertractat, hoc pacto enim de-
lectabit. Nam cū omnia noua placere cerna-
mus, hoc est quasi ab ipsa natura hominibus
insitum, vt naturaliter scire appetant, secun-
dum Philosophi sententiā. Qui verò nimis vul-
gata, & trita, nec peculiare, aut subtile quic-
quam prædicant, minimè delectabunt. Aduerte

M O D V S

tamē quod cum de peculiari, aut subtili loquimur (vt hic) non vtiq; debere intelligi qd curiosum, & minus vtile sit. Sed per huiusmodi intel ligito nonnulla ingenio digna, & satis vtilia, et acuta, quæ in scholasticis docentur curriculis, & in virtutis theatris, & doctrinalibus libris inueniuntur. Hos cùm populus ignoret, Euangelicus concionator ædere, & diuulgare tenetur. Quosque egregios, & vtiles nimis prædictor euoluere debet, & punctuationibus, & lineis notare, vt suis quibusque applicet locis. In secundo autem consistit eius doctrina, vt illud vulgatum punctum, quod habet per nouum dicens stylum, conuertat. Namque dupliciter delectatur, scilicet noua proferendo: & ea quæ communia, & vulgata videntur, nouo, & eleganti stylo dicendo. Pleraque enim asserta, & vera vicissim, ac iterum sunt commemoranda: verū dicendi character nouus cùm sit, delectat: quæ & rhetorici colores, & metaphoræ iuuabūt. Et quoniā de hoc plura excusa, & scripta sunt duo solum referam, quæ communia, & satis vulgata faciunt iucunda. Primo modo quando id ipsum, quod subsumitur dicitur sub aliqua parabola, aut similitudine alicuius rei: quod ex Euā gelio quod prædicatur, licet desumere. Ut si diceret, quod sint humiles, hoc quidem isto pacto dici poterit, & si conclusio communis & vulgata sit. Velut quædam planta dum magis ac magis radicatur, & subtus terram celatur, eo magis coalescit, & increscit. Et sicut aqua in cauernis melius cōseruatur: & igniti carbones sub cinere fouentur: sic & Dei gratia in humili corde conseruatur, & permanet. Secundo modo fit à contrarijs: quod magis gratum fit, si cum super-

ficie

riori adunetur, ut si dixeris. Ruit domificium,
propter quod fundamentis caret optimis: hæc
arbor infructuosa est, quia radicem habet cor-
ruptam. Sic qui non fuerit humilis, peribit.

Hi duo modi dicti sunt ad delectandū in ser-
monis parte, in qua docetur. Insuper iuxta ra-
tionem mediorum studendū est valde quæ ad
mouendum sumuntur: namque rationes dedu-
ci possunt cum egregijs authoritatibus, non au-
tem vulgatis. Ad hæc tamen iucundius, & de-
lectabilius audientibus illud est cum suæ voci
prædominatur concionator: dum tollit, & cō-
primit, cùm ipsa postulat occasio, & optimam
habet repræsentatiuam: & vernaculo sermone,
modesto, & eleganti, facundoque vtitur: nec
sermonis inops, aut nimis garrulus, aut verbo-
sus est. De quibus inferius suis locis sigillatim
tractabimus.

Vti concionator habeat mouere.

Cap. XXVII.

ORATORES, & sœculi rhetores omnē vim,
omnemque energiam in medijs rationum,
quas afferunt, ponunt, & hanc vim etiam in rhe-
torices documentis locant: Euangelicus autem
concionator non debet sic facere. Etenim ratio-
nibus suadeat, vt omnem spem, omnemque fi-
duciam in solo Deo, ponant, vt sic fidelium cor
da moueat, atque conuertat. Propterea Dei A-
postolus inquit: Neque qui plantat, neque qui
^{1. Cor. 9.} rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ita qui-
dem ad mouendum expedit concionatorē ma-
xime deuotum, & orationis studio omnino de-
ditum esse: Ethnicus nanque poeta Horatius in
arte poetica inquit: Si vis me flere, flendum est

M O D U S

prīus ipsi tibi. Huiusmodi namque viuae vocis
energia prædicabit, & deuotionis spiritu, atq;
maximus Deus suggereret illi rhetoricae cælestis
vbertatē, vt obstinatorum corda demolliat. Sic
^{1. Cor. 2.} enim ille egregius, & propediunus Aposto-
lus faciebat, dum dixit: Non in perfuasibili⁹
humanæ sapientiæ verbis: sed in virtute Dei. In
quibus sanè verbis nos docet, quod omnē vim,
omnemq; verborū suorum facundiā Deus sug-
gerebat, & in eo operabatur. Itaque assidua ora-
tione hoc supremum, & cælestē donum à Deo
postulandum est: desuper nanque huiusmodi
talentum venit. Et hoc quidem est primum, &
præcipuū, quod debet concionator facere.

Secundum verò, quod facere debet, vt audi-
entium moueat affectus: illud quidem est, stu-
re nonnullas rationes, & media adducere, vt
eos alliciat ad faciendum, quod sibi præcipitur
& monetur. Quod quamvis hoc rhetorum
munus præcipuum sit: propter ea tamē Eu-
gelicus concionator eo vti non desinat, siqui-
dem & redemptor noster eo usus est, cùm præ-
cepit nobis, vt inimicos diligemus: idque ra-
tionibus naturalibus suasit. Idem prorsus fe-
^{Mat. 5.} cit cùm nos docuit, & monuit, ne nimis solici-
^{Mat. 6.} ti & curiosi essemus erga viētus, & vestitus ra-
tionē. Et Apostolus hoc idem plerisque in locis
suarū Epistolarum facit. Denique omnes saei-
doctores. Nam cùm homo rationalis utique sit,
arte & rationibus viuit secundum Philosophi
sententiam. Et sic aberrant illi, qui vocibus
quæque cōfundunt, nec rationes, aut media pro-
ponunt, vt fidelibus doctrinam suadeant. Ratio-
nes nanque comprobare debent, illud sanè bo-
num, & conducibile fore quod suadere vult.

Nan-

Nanque voluntas nostra non appetit aliud ab eo q̄ intellectus noster iudicat esse bonū, & cōducibile nobis. Hinc est quod audientium affectus nullatenus mouebuntur, nisi prius intelligent illud congruum, & utile fore.

Tertium verò ut moueat affectus, præstat in secunda persona alloqui, velut si ipse vni duntaxat prædicaret. Vt pote si de ineffabili Dei misericordia sermonem facturus, & quantum nobiscum temporis simulat in hunc modū dicere: miserande, & nimis infelix peccator, cur illos Dei supremos thesauros, & gemmam misericordiæ, & clementiæ Dei contemnis? Quippe cùm, tot ante iam temporibus contumelijs affectus ipse maximè cum sit, te vocat, te postulat, te plerumque expectat, atque inspirat, ut conuertaris ad eum? Cur tanta, tamque ineffabilis misericordia saxeum cor tuum nō demollit? Cur tanta pietas te nō conuertit? Quāuis pro eo, q̄ ad te pertinet, aut commodi, quod consequitur, id minimè faceres, verūm pro ipsius amore dumtaxat, qui crucis patibulum adiuit, vt te à criminis noxa liberaret, conuerti utique deberes. Leua oculos tuos in altum, vt vlnis tensis in cruce pendet, vt te suscipiat paratus: perforatum latus, vt in visceribus te ingerat suis. En tempus acceptabile, en tempus salutis: huiusmodi ne contemseris: diē enim, aut horam prorsus ignoras, cùm in illo tremendo iudicio ante tribunal Dei apparebis miserandæ tuæ vitæ strictissimam redditurus rationem &c. Ad hunc modum in secunda persona loquendo nimis utilis est ad mouendum locus: verūm si in tertia persona loquatur, magis docere, quā mouere est. Itaq; ad secundam

M o n s

personam sermo fiat. Nonnunquam Dei iustitia
tiam assumat terrificis comminando verbis: no
nunquam lenissimis vtens verbis, eos trahat
dicens. Summis precibus a te contendo, & vicis
sim te, charissime, moneo, & exhortor pro acer
bissima Iesu Christi passione, & eius reueretia
&c. Et ita quidem varijs exhortationibus, qua
si quibusdam declamationibus, vtatur, quae ma
xime ad mouendum iuant, dicendo. Benedic
cant tibi, Deus meus angeli omnes, & sancti tui
bendicant tibi: qui ut p̄ijssimus talia suffers.
Nonnunquam vero mediocri voce taxando,
dicho. Nunquid simulandum, quod in hac ciui
tate sunt publici chartarum ludi, & latruncula
riæ tabulæ? Insuper & nefandæ matres, quæ fi
lias vænales habent? Et sic de alijs vitijs, quæ vi
tatijs pertractantur licebit corrigere. Tandem
hinc, utrinque reuersus, & circum circa prospic
iens cætum, sancto calescens flamine ignitus
atque maximè cupidus Dei zelare honorem,
intimoque animi flagrans ardore, hinc in
de prospiciens, severoque vultu sacras re
tundat auras Echo, dicens: Ita ne viuitur? Hic
cine est Christianismus? Vbi nam gentium su
mus? Hæccine perpeti possunt? Et mox ad Deum
conuersus lenta aliquantulum voce, & humili
atque deuoto animo dicio: O bone Deus, cui
pietas & misericordia metteret, & quidem ma
gnam esse fateor, si quidem hasce abominatio
nes, & pestes super terram viuere suffers. Et sic
gradum sistens paulum conticescés, audientiū
iuspendat animos, & quasi in extasim rapiat.
Et mox euiusdam prophetæ autoritate poterit
hunc adimplere locum dicens: Audite, perfida
ges, quæ aures patulas habetis, ut terrena percipi-

C O N C I O N A N D I.

60

piatis, Audite Dominum per Esiam prophetam dicentem: Ingredere in petra, & absconde-re in fossa humo, à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Hac & similibus autho-ritatibus, quibus & pullulanþ prophetarum vo-lumina, quasq; & ampliare, dilatare eþ poterit, & cessare faciet fluctus criminum, atque indura-ta viscera demolliet, pauefaciet, terrebit & e-uersa conuertet, & labefactata stabiliet, quo cù periodum terminabit, Reuertor iam ad illud, quod primum in hoc capite dixi, ut pote præci-puum, & quidem præ omnibus orationis, & de-uotionis studium præstare, quibus cùm quasi lorica Euangelicus verbi Dei concionator præ-munitus esse debet, & quasi facula ignis intrin-secus ardens, qua cum verba calefaciat, & illu-stret, & sicaliorū viscera incédat. Quod si in his ce omné operá omnemq; laborem adhibeat, in trinsecº tamen nisi deducantur, parū, aut nihil omnino proderūt, nec audientiū præcordijs e-usmodi adhærebunt: Legimus. n.D. Vincentiū Ferrerium ex prædicatorum ordine instar cuiusdam apostoli Hispaniam peragrasse, & alia diuersa loca vndiq; circuisse, qui apostoli-cum ministerium mirificè exercens, Iudaicę gé-tis magnum numerum conuertit, atque Ethni-corum, & Mahometicę sectę insuper sectatorū, plerosque etiam Christicolas iam penè cuer-sos conuertit. Et etiam S. Antonium, D. Berna-dinum, D. Ioannem de Capistrano ex minorum ordine scimus idem omnino fecisse. Verū, ut liquet, horum sermones, & quæ extant scripta, non maximę entitatis, & pretij sunt, ut eadem magnipendamus. Ceterum eorum deuotio, & assidua oratio tanta erat, qui cum non a-

H 5

cūtio-

M O D V S

cutiora, nec nobis adhuc noua prædicarent, ni
mis autem excitabant affectus. Eorum namq; ver
ba similabatur verbis Eliæ, de quo in Ecclesiasti
Et. 48. co habetur: Surrexit Elias propheta, quasi ignis,
& verbum ipsius quasi facula ardebat. Rhetores
vt affectus moueant, quatuor ponunt. Hæc sunt
lætitia, spiritus, metus, & ægritudo. Nos verò
vt affectus moueamus, audientium oratio-
nem, & deuotionem ponimus duntaxat, quam
habere semper debet concionator. Vide mus-
cum prædictos sanctos, & alios plerosq;, literis
destitutos, absque vlla prorsus rhetorices, aut
alterius artis instructione simplicibus, & cras-
sis verbis, & rusticis eloquijs omnium corda tra-
xisse. Quod quidem Dei maximi donum lacri-
mis, & orationibus crebris impetrarūt. Et sicut
sancto calescebant flamine, & Dei amor in eis
permanserat, eiusmodi radiabat facula charita-
tis, & scintillæ eius micabant usque ad fidelí-
um viscera protense, in quibus Dei amor præsta-
tus operabatur, quam humana sapientia:

De spiritus feruore concionatoris.

Cap. XXVIII.

EX præcedenti capite patet iam ad hoc præ-
fens. Nam ad hoc, vt concionator moueat
affectus, requiritur vt spiritum feruidum ha-
beat: quem quidem orationis studio conse-
tut, vt prælibatum est. Quapropter D. Augu-
stinus de doctrina Christiana, capite quinto
decimo: Nihil potest statui opportunius, in-
quit, quam quod præcones Verbi Dei ante ip-
sum verbum orationem instituerint. Et regius
Psa. 50. ille David in Psalmo canebat dicens: Spiritu
principali confirmata me. Ut autem sciamus
quanti-

CONCIONANDI.

61

Quamobrē hunc spiritum postulabat, subdidit:
 Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuer-
 tentur. Deum ita maximum precemur, qui, vt
 quondam, Esaię labia mundauit, dignetur &
 modo nostra corda lustrare, & igne sui amoris
 ea incendere: vt verba nostra (vt inquit Apost.)
 non sint in persuasibilibus humanæ sapien-
 tiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis
 Dei. Virtutis (inquam) Dei. Nam virtus, & ener-
 gia verbi Dominici non in iactantia, aut in
 verbis tumidis, & in latiis consistit, sed in spi-
 ritu, qui moueat, & conuertat fidelium corda:
 spiritus præconis Dei ignitus, proteruorum
 humiliat corda, & obstinatorum, viscera ple-
 cit, & errantium conuertit, quasi profugas pe-
 cudes, fidelium animas. Cuiusmodi in Actibus
 Apostolorum habetur, quod illi perfidi Iudei
 non poterant resistere sapientiæ, & spiritui
 beati martyris Stephani. Sic Deus loquens ad
 Ieremiam dixit, mittens eum ad prædican-
 dum: Ecce, dedi verba mea in ore tuo. Ecce con-
 stituit te hodie super gentes, & super regna:
 vt euellas, & destruas, & disperdas, & dilisi-
 pes, & ædifices, & plantes. Et per Esaiam pro-
 phetam: Sic erit verbum meum, quod egredie-
 tur de ore meo, non reuertetur ad me vacuu-
 sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in
 his, ad quæ misi illud.

Esa. 6.

Act. 2.

Act. 6.

Hier. 1.

Esa. 55.

Hæc, & pleraq; alia loca, quæ breuitatis cau-
 sa missa facio, nostro alludunt proposito: vi-
 delicet qui spiritum habeat feruidum Euange-
 licus concionator, vt fructum in fidelium cor-
 dibus faciat: huiusmodi verò si careat spiritu
 instar cuiusdam cadaueris factus est in nihilo
 præpotens. Et ita redéptor noster dixit: Verba,
 quæ

M O D V S

quæ loquor vobis, spiritus, & vita sunt. Dixit
spiritus, ab effectu: qui verbo suo duntaxat viui-
ficat quodcunque vult: secundum illud Aposto-
li in secunda Epistola ad Corinthios, ad hoc
2. Cor. 3.
3. Reg. 18.
Marc. 6.
propositum; Litera enim occidit, spiritus autē
viuificat. Plus namque Elias pelliceis vestibus
indutus regem Achab deterrebat. Et præcurso-
rem domini caprinis pellibus indutum Hero-
des magis pertimescebat, & eius aspectum vilē
& pallore infectum, quam vniuersam rhetori-
rum eloquentiam, aut philosophorum elatam
iaetantiam. Tu igitur precare Deum, & summis
ab eo precibus contendere: ut verborum copiam
tibi suggerat. Moyses volēs prædicare populo
Israel, non præcepit eis aliquid ex se, sed ea so-
lum, quæ Deus illi communicauerat. Et ita sa-
cra scriptura ait, quod dixit Dominus ad Moy-
sem: perge igitur, & ero in ore tuo: docebo quæ
Exod. 4. te quid loquaris, &c. Et Ezechieli dixit Domi-
nus: Fili hominis sta super pedes tuos, & lo-
Eze. 2. quar tecum. Et cum stetisset, dixit Dominus ad
eum: Fili hominis mitto ego te ad filios Israel,
ad gentes apostatrices, quæ receperunt à me. Et
in fine capituli scribit propheta, quod dixit ad
eum Dominus: Aperi os tuum, & comedere quæ-
cunque ego do tibi: & librum intrusit in os ei-
us. Regius ille Dauid non est ausus laudem Do-
mini annuntiare, quousque os eius aperiret De-
Psal. 50. us, & ita in Psalmo postulabat: Domine labia
mea aperies: & os meum annunciat laudem
tuam. Petamus ergo superna domicilia, &
inde probæ cuiusque cogitationis exordium à
Deo maximo postulemus, & spiritus feroarem
Iacto. 1. poscamus. Quia, omne datum optimum, & om-
ne do-

ne donum perfectum desursum est, descendēs
à patre luminum. Maximē igitur necessaria spi-
ritus sancti gratia est vt feruido prædicemus
spiritu, & vt mouere possimus, & in animabus
bonum semen iacere. Talis debet esse finis, & in-
tentum Euangelici concionatoris.

*De orationis studio Euangelici
concionatoris.*

Cap. XXXIX.

CV M ex præcedentibus capitibus planè cō-
stet, quantum concionatori expedit ferui-
dum habere spiritum, vt audientium moueat
affectus: denique postquam ea, quæ prædicare
habet, probè tenuerit, mox se recipiat, & in
cubiculum abdat, & priuatim identidemque
consideret illud opus, quod exercere pergit,
quod vtique apostolicum est, & prope diuinū
ministerium. Et sic maximum Deum deprece-
tur, vt sua illi gratia succurrat, & alnum spiri-
tum in suis præcordijs ingerat. Ut illi continuo
seruire mereatur, & etiam dignetur fructum in
illis animabus producere, secundum illud pro-
phetæ: In meditatione mea exardescet ignis.
Quod si hunc ignem comburentem aliorū vis- Psal. 38.
cera, in se voluerit incendere, & germinare, o-
pus est vt meditationibus crebris, & orationi-
bus assiduis perflet. Sic nanque impetrabitur
optatus spiritus, qui ad mouendum requiritur,
aliorumque viscera incendet. Quapropter om-
nino se tradat Deo oportet. Quod si ad inuocan-
dum venerabile nomen, Iesu, vt decet, peculia-
ris Dei afflatus requiritur: nedum ad prædican-
dum populo diuina mysteria per vnius horæ
spa-

M O N U S

spatiū requiretur? Taxandi sunt ergo, qui sūg-
gestum ascendere non trepidarunt, sine cordis
præparatione, & suimet sacrificio. Hoc idēni
Christus Dominus nos docuit. Ut enim Euange-
listæ affirmant, plerunque montium cacumina
petebat, antequam sermonē aggredetur præ-
dicare: & cùm totam noctem in orationis stu-
dio consumpsisset, descendebat, & templum iu-
gressus prædicabat. Et cum illum montis ser-
monem mirificum prædicauit, quem Sanctus
Matthæus, & Lucas scribunt, ait beatus Lucas;
quod totam noctem in oratione consumpsit: de-
nique de monte descendens, vnde orauerat, sté-
rit in loco campestri, & inde prædicauit turbæ
sequenti eum. Non vtique Redemptori nostro
hæc supernam semotionem facere expediebat,
qui semper cum Deo, & ipse Deus erat: sed hoc
faciebat, vt exemplum concionatoribus re-
linqueretur. Sic legimus factum esse cum Moy-
se, cui legem cum vellet tradere, iussit ei, vt in
montem Synai ascenderet, ibique oraret. Biul-
modi quidem facere tenentur, qui in prædica-
tionibus suis fructum facere student. Præuisis-
itaque omnibus dicendis, sese recipiat, ma-
ximum Deum deprecans, vt sibi fauere digne-
tur, & linguam suam moueat, & roget vt sui mi-
nisterij debitum pensum soluat, liberè, pro-
beq; & expedite eo munere fungi possit. Cùm
autem flexis genibus in pulpito iacet iam
prædicaturus, leuans suum spiritum ad
Deum tam ipso corde, quam o-
re, hanc eandem oratio-
nem proferat.
(. .)

De

De precatio ad Deum.

OMNIPOTENS, & clementissime Deus, qui me indignum, & peccatorem ad tantum officium vocare dignatus es: suppliciter & obnoxie oro, ut mittere digneris à sede maiestatis tuæ auxilium gratiae, ut te dignè iaudare valeam. Tu has animas ex nihilo creasti, quæ sanguine dilectissimi filij tui sunt redemptæ: & hoc quidem munus non meum, sed tuum esse fateor. Quapropter, piissime Deus, si que relas sustines, & meis demeritis existentibus in causa, iram, & indignationem mereor, in posterū vltionem relinque, non propter mea scelerā puniantur, neque in pænam delictorū meorum: O domine Deus, consolatione hac eas carere nō permittas. Sed potius mittere digneris spiritū sanctum tuū in visceribus meis, ut cor mundet, labia purificer, inanes cogitationes expellat, & spiritū prædicandi tribuat & benignissimè cōcedat. Et concionem hāc sicut proté ipso solum, & ad gloriam sanctissimi nominis tui incipere decreui, sic per te incepta finiatur. Qui viuis & regnas, &c.

De idiomate, & vernaculo sermone
concionatoris.

Cap. XXX.

VNVM interea eorum, quæ audientium delectant aures, & iucunditatem afferunt, & insuper quam maximè concionem exornant, atque expoliunt, illud est, non minus gratum, atque iucundum nimirum idiomatis Romani elegantia, & eiusdem copia sermonis, quia optimus quisq; verbi Dei cōcionator debet habere.

Ad hoc

M o n s

Ad hoc tamē maximē iuuat, cum viris urbānis
& comībus assiduē loqui, & cūm eis incedere,
& eos imitari in probis quibusque suis loquen-
di characteribus, & dicēndi phrasib⁹s, & quæ-
que cauta, elegantiaque verba obseruare. Ad
hæc etiā iuuabit optimi cuiusq; dicēndi cha-
racteris, & Rōm. stylī libros euoluere. Aduer-
te tamē, quod in hac re solet accidere, aut eius
limites vlt̄rō pertrāsire, aut nimis sistere retrō.
Verūm nequid nimis, minusve vt quā congru-
at fari, & insulsē loqui, gārrulus, vel loquax ex-
titisse videatur, quod sēpe cōtingit. Ea ppter ad
medium necessariū, & cōgruens cōfugiat, vt
aures pōtius iucundet audientium, quām vt eas
offendat. Et sic Euāgēlicus concionator ad-
uertat ne synonymōrum multitudinem coacer-
uet, & quasi in lineam colligat. Ex eo nanque
duo incommoda euenient: Aliud est, quod o-
stendit, dum ea congerit, & multiplicat: aliud
vero incommodū est, nam cūm se offert expla-
nare, aut secundo eandem rem iterare, iam se-
mel assumptis vocabulis, vt iterum subsumat,
necessum est: quod nimis acerbūm, & asperūm
fit audientibus. Exempli causa. Siquis diceret:
Magnanimus, fortis, robustus, & præpotens: dis-
cipiat, impugnat, expugnat, & profligat: muros,
arces, oppida & castra. Nam cūm sit magnani-
mus, & robustus, expugnat muros, & arces. Hęc
huiusmodi prōlata nullius momenti sunt. In
priori nanque propositione, tanquam gārru-
lus, pleraque congesſit, & recitauit synonymas
& omnem prorsus vocabulorum copiam eu-
muit. Et ita in secunda propositione necessum
fuit iterum refumere prædicta encomia. In quā
rum prima propositionum, si nimis offendit,

CONCIONANDI.

63

eo quod abusiuè processit, nedum in secunda,
quia semel dicta iterum sumpfit. Quorum nisi
prodigis fuisset, vocabulorum nequaquam mox
indiguisset: ob quorum penuriam mendicare
coactus est. Hęc omnia incommoda vitantur &
eleganti stylo, exactoque dicendi charactere
id ipsum dicitur: quando dicta vocabula, aut
synonyma in diuersis propositionibus partiū-
tur. Ut in hunc modum si dixeris. Fortis profi-
gat castra, præpotens expugnat oppida, robu-
stus aggreditur muros. Nam ut magnanimus
dissipat arces. Hoc modo hęc si dicantur, præ-
stat ad mouendum affectus, & animarum vinea
pastinatur, & dura tunduntur pectora: absque
eo quod aures offendatur synonymorum far-
cina. Diuīus Paulus varijs in locis suarum Epi-
stolarum præfata vtitur loquendi norma. Ad 2. Cor. 6.
Corinthios scribens ait: Quæ participatio iu-
stitiae cum iniuitate? aut quæ societas lucis, ad
tenebras? aut quæ conuentio Christi ad Belial?
aut quæ pars fideli, cum infideli? Quis autem
cōsenius templo Dei cum idolis? Hic enim est
iucūdus, & gratus dicendi modus. Hęc est de-
lectabilis enarratio, & loquendi stylus, in quo
vna, & eadem res varijs nuncupatur vocabulis
in diuersis propositionibus. Hic enim dicendi
modus, non solùm non fastidit, verū ad hęc
suspendit, & quasi in extasim rapit, & delectat.
Expedit ergo vocabulorum habere copiam, &
talentum, vt sic disponere, & varijs in proposi-
tionibus reponere queat, & eas dilatare, am-
pliare simul, & conceptum, atque digresio-
nem quamcumque facere.

Omnino verò concionator abhorreat ab o-
mni affectato sermone, quæ affectatio in omnia

I

gene-

M o d u s

gēnere linguarum odibilis est. Maximeque ab horreat ab omni fucato, teneroque, quasi formineo eloquio, in ipsomet tono, aut vocis pronunciatione. Hoc enim sapientium aures maxime offendit. Quod quamuis rhetorics utitur coloribus, & eadem rhetorices arte, vide retamen licet, quod præcipua ipsius Rhetorices pars est, eam celare, & occultare. Quæ verba & si artificio confusa sint ab ipsa rhetorices arte, à nemine tamen id requiratur, necessum est. Nam hæc adeò celanda sunt, ut non artificata, sed quasi ab ipsa natura insita videantur. Propterea verba adeò pensanda sunt, & examinanda, & ea modestia, & authoritate præfesse debet, qui tatum locum adiuit, vbi Christus Dominus repræsentatur, & eius Apostoli sacrosanctæ Euangelicæ doctrinæ ministri.

Egregius, & satis elegans dicendi modus est, per contraria loqui: ut sunt contraria, lætitia, tristitia: & vitæ, ipsa mors. Et ita S. Leo Papa in sermone, qui legitur in nocte natalis Domini, cùm dicit: Nō est locus tristitiae, vbi natalis est vitæ: præstantius diceret, vbi natalis est lætitia: nanq; lætitia correspondet ipsi tristitiae. Velut si quis de ærumnis, & laboribus Christi Domini sermonem faciens, ita diceret: Redemptor noster humiliari voluit, ut nos exaltaret: egen' esse voluit, ut nos ditaret. Et labores, & dolores subiit, ut nos lætaremur: durissimam, & valde ignominiosam mortem adiuit, ut maximo cum tropheo ad gloriam nos viuificaret: Cuius quidem abiectione, est gloria nostra, eius mæstitia est gaudium nostrum, eius inedia, refectione nostria, eius denique opprobria, & angustiae sunt gaudia nostra, & præmium sempiternum.

Animad-

C O N C I O N A N D I.

64

Animaduertat insuper quisque concionator, ne incongrua, aut minus decentia in virtutis theatro aut verò euersi, & incongrui idiomatis, proferat verba. In communi & vulgari sermonis congressu caueat omnino ab omni infimo verborum coniectu, aut eloquio. Nec fabellis, aut aniculis vtatur adagijs, aut scurrarum facetijs, quæ nimis absonta, & in congrua huic tanto loco videntur. Fieri namque potest cùm idioma pulpiti illud sit, quo vulgariter utimur, absque illa consideratione lingua aberret, communi ducta via, vsuque fandi: & inde talia proferat verba, quibus audientium offendat aures, & omnem doctrinam aboleat, & prorsus euertat.

*De ipsius concionatoris vocis accentu, sete
tenore. Cap. XXXI.*

CA V E N D V M maximè est cōcionatori, ne a-
liorū vocis accentū, vt propriū amittat, stū-
deat imitari: aut eorum tonū adulterare contē-
dat: & velut actor mimos emulari. Nimis enim
defatigatus, lassusq; manebit, & insuper natuā
deperdet vocem, & omnem dicendi leporem,
atque spiritum destruet. Tandem, nihil vio-
lentum perpetuum, & stabile est. Qui si sta-
tim ad propriam vocem se cōuertat, fieri ne-
quit quin audientium offendat aures. Ea pro-
pter concionator Euangelicus pro viribus
studeat in omnibus, quæ habet tractare, vo-
cis tenorem sequi, prout ipsa natura dictauit,
atque suggestit, duntaxat. Ea enim est propor-
tio, & harmonia interaudientium aures, & ip-
suis concionatoris vocē, quod si hic mutet prō-

I a prium

M O D V S

primum vocis accētum, audientis exacerbantur
aures, animusq; tepeſcit diſſono vocis affatu.
Verūm vt hoc ſignificantius queat intelligi, ad
uerendum eſt, quod in omni concione, tripli-
ci tono & locutionis ſerie vti debet prædica-
tor Euangelicus. In prima quidem docere ha-
bet: In ſecunda, enarrare: In tertia verò, ali-
quid pertractare, vt inde moueat affectus ille-
cebris, & blanditijs. Nonnunquam tamen ve-
lut quidam satyricus vitia acerrimè taxet, &
concrepando abolere ſtudeat. Hæc triplex lo-
cutio diuersos ſortitur nativę vocis accentus.
Quod ſi vocis consonantiam prædicator non
obſeruer, moleſtus quidem fiet audientibus:
Nam vt in muſices arte comperimus, dum mo-
dulamina concentus quidam ſectantur, mox
ſi psaltes harmoniæ modulum perturbat, ſta-
tim idipſum ſentitur. Ita fit ſi Euangelicus ver-
bi diuini preceo nativę vocis mutet accentum,
idipſum videns offenditur populus. Aduer-
tendum tamen maximè concionatoribus eſt,
ne in hoc deficiant, alias peculiarem notam,
& ingentem labem in prædicationis nomine
contrahent, & omnem vim, omnemque ener-
giā amittet eorum sermo. Ex quo nihil boni
redundat, nec enim mouet affectus, ſed dampnū
potius & riſum excitare videtur, & tandem ab
omnibus vilipenditur, quaſi tyro, & in tanto
munere parum exercitatus, & quaſi, qui abu-
titur eo, & sapiens quifque eius vilipendet ſer-
mones. Vocis igitur proprius, & nativus to-
nus, quem & obſeruare ſemper, & tenere de-
bet, ita ſe habet. Dum enim intendit docere,
narrare, tranquillo, & quieto idipſum pro-
ferat eloquio, & perſpicuo dicendi ſtylo.

Eo

Eo modo namque noster instrui desiderat animus. Verum si dum docet aut enarrat quippiā, festino properans docet eloquio, aut concutit inuicem palmas faciens strepitum, insuper & clamitans retūdit vocibus auras, ineptè loquitur. Proptereaq; huiusmodi obseruet stylum, & se gerat velut qui prælegit, sigillatim, & pedetentim, nec omnia cōfundat: sed perspicue enarrando, aut docendo procedat. Aduerendum tamen est, quod quamuis quieto, & perspicuo sermone debeat proferri quodcumque docetur, non utique debet intelligi quod sit procedendum tepidè, & perfundorū, aut insulsè. In his enim vitium inueniri potest, velut qui ultimos fines transgreditur, in quibus medium foret tenendum. Dixerim sigillatim, & pedetentim docendum: non interpolate, & velut qui irrisoriè loquitur. Semper enim concionator debet ferre continuam prolationem & spiritus ferorem obseruare. At geminus cum sit feroꝝ spiritus: alter ad docendum, alter verò ad mouendum inferuit. At verò utrumque confundere, & dum docetur, ut mouendi feroꝝ incongruum quidē est. Dum enim enarrat, aut docet, omnem mēsuram obseruet oportet: nam & omnia verba pensare, & eorum imia accentuare, recteque pronunciare debet: ne quicquam oblivionis, negligentię in eo requiratur. Inter enarrandum verò, aut inter docendum mediocriter percipiat, ordinatas periodos construat, vt detur respirationi locus: ne nimis continuo sermonis processu coarctet fauces, & penè strangulari videatur: & qua si effrānis equus præcipitabundus continuo cursu, ita ut non prælit suæ natuæ vocis

M o n v s

accentui. Verum tamen hoc obseruare tenetur, ut suæ voci prædominetur, ita vt dum opus fuerit, sumat spiritum, & iterum mittat, atque respiret: & sic periodum terminet, & conficiat, aliamque enūciet, sed & omnia satis exprimat oportet, velut equitans, qui stapedis innitur, ne inde corruat: sed vt audientium animos suspensos habeat, & animo ferantur, ab eiusq; ore pendeant. Contra hæc faciunt concionatores, qui adhuc consueuere ingenti tumultu, & strepitu prædicare. Nec tamen se prædicasse putant, cum omnia non confundunt, & quasi furiosi non prædicauerint. Qui siue documenta tradant, siue mouere studeant, eūdem prorsus vocis tenorem obseruant. Nonnulli verò sunt, qui congruentem tonum obseruant, vt pote inter docendum mediocrem, &c. Verum ordinare periodos prorsus ignorat, & eas terminare: & ideo nimium lassi procedunt, & cōtinuo, nec interrupto sermone fauces quidem coarctare videntur, quod maximè offendit astantium aures. Alij autem sunt, qui periodos præordinat. Verùm eò longè tendunt, & eas protendunt, vt cùm iam eas terminant, tepidè finire videātur, & absque ullo spiritus ferores, qui in fine periodi cùm lassi sint, respirare, & spiritum sumere non cessant, eoqué sit, vt concio frigescat. Quod accedit ex eo quod defecit spiritus, quē in longa periodo consumpsit: & sic vt eandem terminet, coactus est iterum, ac iterum respirare. Hi communiter concionatores, aliud etiam fortiuntur vitium. Periodum namque submissa voce exordiuntur, & mox paulatim ascēdunt, & quasi gradatim in summum usque leuant

CONCIONANDI.

66

Tant vocis torrentem, usque ad medium periodi. Mox paulatim labuntur, quoniam spiritus iam consumitur. Quod sanè factum liquet ex longitudine periodi, & grandi vocis missione: proptereaque laesus descendit sepiissime anhelans: quo sit, ut audientium mentes tepescant, & ansam dormiendi inueniant, & sic cuncta frigida maneant. Quæ omnia bene habebunt, si obseruentur in praedicto documento illata. Nam si mediocri vocis torrente haec proferantur, & breues ordinentur periodi, assiduè licebit in eis respirare: & crebro spiritum sumere, nec nimis defatigabitur pectus. En ut spiritus feruore, & æstu licet sectari concionem, absqueulla nota ex praedictis. Haec pro ijs quæ ad docendū enarrandumve spectant, dicta sint.

Secundus verò sermo, quo cù mouere intenditur, charitatiè illecebris, & blāditijs debet quidē fieri, secundū maiorem, aut minorem ad ditionē. Sic enim nostra est trahenda volūtas. Discriumen aut̄ inter ipsum sermonem, qui ille cebris, & inter ipsum, qui minis & terroribus fulcitur, hoc est, quod primus leniter, & charitatiè procedit, ita ut cōcionatoris charitas, & amor in hisce verbis eluceat. Secūdus verò sermo rigidis, & acerbis increpationib. peragiatur: & quasi quidam paterfamilias dū suos obiurgat seruos, cum quodam prædominio, & severitate. Cæterū obseruare licet, ne huiusmodi increpatio intrinsecus oriatur ex aliquo odio, aut indignatione cōcionatoris (hoc enim absonum nimis effet) sed quasi honoris Dei zeulator dumtaxat id ipsum faciat. Deniq; iuxta hūc ordinē pcedēdi se debet habere, quod pri-

M o d u s

mum dicat illud, quod habet docere, mediæ
cri, & summissa voce, & magistrali tono, ve-
lut qui in cathedra prælegit. Interim tamen dū
applicat media ad mouēdum affectus, vt illud
quod præcipit, continuo fiat: incipiat caleface-
re, & inflammari, ita vt cùm ad finem periodi,
aut digressionis deuentum fuerit, magno im-
petu prorumpat spiritum, & instar currentis
equi, qui paulatim terminat cursum. Itaque ex
prælibatis colligimus. Cùm enim literæ con-
textum enarrauerit, magistrali voce procedat,
velut qui documenta tradit. Et huiusmodi etiā
cum incipit digressio, loquatur, ut potè medio
cri tono. Et sic gradatim ascendens flammescat
quousque finiatur digressio, qua cum suadet.
Ea quidem finita, mox ad Euangelij cōtextum
reuertatur: velut qui tranquillo, & quieto pre-
dicet animo: sic enim vniuersa concio cōstru-
enda est. Aliud siquidem est docere, seu enar-
rare, ab eo, quod mouere, & audientium affe-
ctus excitare. Dum enim documenta tradūtur,
cùm hoc negotij intellectus sit, attentionem ca-
ptare solum intendit, vt percipient quæcunq;
eis præcipiuntur, & docentur. Verùm cùm in
doctrina mouere intenditur, tunc res geritur
cum ipsa voluntate: & ita huiusmodi locutio
magno spiritus feroce perurgendus est, vt
praua, indomita, & truculenta voluntas sedet
ac moderetur. Et vario artuū motu, instar
cuiusdam seueri parentis filium suū obiurgā-
tis, se totum concutit, & dilacerat, vt ipse pro-
bus fiat. Eiusmodi habet morigerari nostra
proterua voluntas, ne ulterius sua recalci-
tret.

CONCIONANDI.

*Vt nativæ vocis accentus foueatur, &
conseruetur.*

67

Cap. XXXII.

Geminum documentum tradi potest, ne Euangelicus præco proprium amittat tonum, aut nativæ vocis perdat accentum. Primum est, ut studeat in ipso concionis limite, & exordio propriæ vocis obseruare tenorem, dummodò vocis resonet Echo, ita ut probè omnes percipient, & quasi cum sodalibus, amicisve loquatur, aut cum domesticis, & familiaribus, sic prædicet. Et instar cuiusdam parentis, filium suum monentis, & suadentis, abs que eo quod peregrina voce, aut adulterino prædicet tono. Cui præmeditari licet, quod sanè vtile hoc illi erit, dum suggestum ascendit, quod cum uno dumtaxat loquitur, & hunc proprium esse filium etiam intelligat, quem serio & ex animo increpat, & suadet, ut probus sit, & virtutis sectator. Et ita in ipsius concionis primordio mente percipiat quempiam audiētum plusculum sanè distantem ab eo, & quasi quidem ille unus astant solū, cum eo sermō nem ineat: absque eo tamen, quod eum demonstret, aut omnino indicet & secundum præfatum modum, ac rationem, vocis tenorem obseruet. Viderit tamen casu quod ille solus ibidem astant, & ille posset instar dulcis parentis vtique familiariter, & domesticè, non sicut, sed proprio vocis accentu eum alloqueretur. Eo modo ergo debet proloqui, velut cum geminis sodalibus aliquod negotium communicat. Veruntamen non ullos cernas pulpitum ascendentibus, qui eiusmodi vocem contrahunt,

I s qui

M Q D V S

qui si coram duobus, tribūsve astante^s duntas-
xat, equidem illum irriderent, & meritò sub-
fannarent. Nimirum quidem sunt verbi Dei
concionatores, qui tales usurpant vocis accen-
tus, atque prosodiam, quod data comparatio-
ne absonum nimis videtur. Ut liquet cùm ex
animo loqui, ac prædicare contendunt. Variè
namque vociferantes, & propriæ, seu natuæ
vocis tenorem & accentum torquentes, & pror
sus euertentes: ita vt eorum sermo ad parietes
potius, quam ad homines fiat, & verba aeris ca-
cumina petant, quam in visceribus audienti-
um ingerantur. Qui quidem defatigati manet,
& audientium cætum parum consolatum di-
mittunt. Nam, vt præcedenti capite dicere coe-
pimus, hanc sortitur naturam, & congruenti-
am sensus auditus cum suo obiecto, dum optimum
neruum pertingit harmonia dulcis: inter-
im tamen, si dissonus fiat concentus, protinus
auris sentit, & offenditur. Huiusmodi quidem
contingit, dum concionator mutat propriæ
vocis accentum, vt audientium maximè offen-
dantur aures. Cùm enim sic adulterantes to-
num prædicent, subsequitur vt repræsentatiua
careant, quæ est vna ex præcipuis partibus,
quæ ad optimè concionandum requiruntur.
Tandem verò læsi cùm sint, alium denuò sume-
re tonum coguntur, & illum iam denuo amittere.
Haud tamen fas est huiusmodi sacræ
scripturæ loca inserere, aut historiam enarra-
re, quam cursim, & quasi per transennam, crudi-
dam, seu indigestam, & malè expositam ipsam
relinquentes. Quod fit, quia propriam vocem
mutarunt, nec illi prædominantur. Ex quo etiam
emanat, vt eorum prædicatio plerunque
contem-

CONCIONANDI.

68

contemnatur, & à paucis eorum doctrina se-
stetur. Nam sic procedentes, ipsa narratiua, seu
repräsentatiua, & prorsus omni spiritu ca-
rent: quibus cum aliorum mentes, quasi hamo-
trahuntur. Et tandem subsequitur ut concio-
natores non sint, & cùm cernimus populum e-
os non sequi propter hoc vitium, id faciunt, ut
pote quia insulsi, & illepidi sunt, natuum vo-
cis accentum mutantes. Cæterū qui propri-
uni obseruat tonum, vibrantes vndiq; vocem,
hoc boni sortiuntur, qui tametsi nihil parúm
ve moueant, delectant tamē, cùm optimam ha-
beat representatiuam; quod sufficit ut ab alijs
audiantur, & sectentur. Hoc sanè punctum ma-
xime concionatori adnotandum est, siquidem
nullus est in priuatis, domesticis, ac peculiari-
bus eloquijs qui probè, & rationaliter nō se ge-
rat. Vnuſquisque enim proprium obseruat vo-
cis tenorem, dum loquitur cum suis domesti-
cis, aut fodalibus. Quam quidem dicendi nor-
mam, seu stylū nonnulli ex prædicatorib. si ob-
seruarent, dum pulpitum ascendunt, nō tan-
ta in loquendo illepiditas, seu indecentia vige-
ret. Vnde infertur, inter prædicandum, propri-
um vocis tenorem fore obseruandum, non se-
cūs, ac si cum domesticis sermonem iniret. In
vno duntaxat discriminare tenetur: vt potè
quod altiore ducat vocem, secus ac si fami-
liariter loqueretur. Ad quod prædicta conside-
ratio deseruit, vbi cœpimus dicere, quod per-
cipiat mente illum aliquantulum distantem se-
cundum suæ vocis extensionem. Et sic prædi-
cet, quasi ille solùm astaret, & secundum Eccle-
siae longitudinem, & astantium cœtum sic tol-
lat vocem. Hinc aliud notatione dignum ob-
serua,

M o n v s

seruabit: quod exæquet, & contemporizet in
vocis torrente cum populi astantis turba, &
locis in quibus prædicat. Namque (vt pleriq;
faciunt) in locellis, & humilibus sacris tectis
magnum vocis torrentem emittunt, & quasi
præcones penetrant humilia tecta sacrorum.
Nec discriminem statuunt, siue magnus irruentiū
astet vndique cætus, seu anicularum conge-
ries pauca circunstet, aut in excelsis, vel in hu-
milibus prædicet templis, omnino æqualem
vocis accentum, seu torrentem obseruat

Secundum verò documentum ad hoc vt cō-
cionator æquè, & secundūm optimam, & con-
gruentem rationem leuet vocis torrentē, ho c
est, vt omnino sit intentus, vt quæcunque dixe-
rit ex animo proferat, minime autem intentus
an vocis accentus æquè, & naturaliter feratur.
Siquidem illud quasi natuum videtur (vt cō-
muniter sit apud omnes) dum quisque sermo-
nem facit de quavis re proposita cùm vocis te-
norem obseruat, quem eiusmodi res postulare
videtur. Ut quidam rusticanus omnino rheto-
ricæ ignarus, interim tamen cum dealiqua re
pertractat, mediocrem leuat vocis accentum,
& quietè procedit, instar cuiusdam præcepto-
ris, & dum opus est, verba suspedit. Mox, dum
socium, aut filium ad opus allicere studet, pau-
latim incenditur, & vibrás, mouet brachium,
& artubus ludit, &c. Hæc omnia facit abs-
que eo, quod quicquam intendat ad motum,
& operationem artuum, seu prosodiæ. Dum
obiurgat, increpat, & aliorū crimina taxat vul-
tum comprimit, & collum erigit, & lingua
dum insectatur &c. Qui dum humanè, pieque
loquitur, vultum extendit, & humiliat. Vbi so-

lum

CONCIONANDI.

69

lum intendit rusticus, & obseruat illud inducere quod monet, duntaxat. Nam ipsa natura fuggerit vocis varios accentus, absq; eo quod iuxta id ipsum studeamus. Hoc documentum est egregium, & satis optimum, vt Euāgelicus concionator congruerter loquatur, dum prædicat, nec vocis mutet natuum accentum: sed proprium obseruet, cui quidem præsit, & opportunè eo vtatur.

*De æquabili motu artuum, ac prædicandi
stylo. Cap. XXXIII.*

Moneo tamen verbi diuini concionatores vt à quorundam abusu prorsus discedant, qui inter mouendum subsiliūt, & mox eò membra complicant & incuruant, vt penè intra pulpillum desilientes, abscondātur, (instar vrinantium sub aqua) & varijs distortionibus, & vultibus propriam oris specie exterminare videntur. Vlnas tamen, manusq; licebit mouere, & vndique prospicere cœtum, & ad sacramentum, dum loquitur cum Deo, vertatur. Quapropter ea religione, & grauitate ibi astare intendat, quantam maximam requiritur vt habeat, qui virtutis theatrum adiuit: & tanti ministerij exæctor, & tanti muneris minister extat & præfest. Ceterum nisi æstuantis veris expicaumata premant, & angant eos, vt aliter fieri nequeat dū prædicant, cucullo, seu pileo contegant caput. Nonnunquam tamen pro temporis opportunitate, vt dum aliquod grauissimum increpat vitium, vteorū moueat animos, & indurata pectora tundat, ad Deum conuersus, manibusq; positis, loquatur. Tunc inquam licebit aperire caput, nō se-

cus

M o n u s

tus tamen. Motus quidem secūdum ea, quæ mō
net, docētve, fieri debent: siquidem æqualiter
repræsentatiuam, comitatur prosodia. Vtpotē
si Absolonis illius miseri historiam enarraret;
cuius quidem Ioab acerbis iaculis viscera ima
trāfixit, leuabit in altum brachium, & arīdam
versus minabitur: quasi qui iacula mittit, signi
ficans ipsum Ioab. Eodē modo si Euangelij ver
ba referret, vt illa: Si tetigero fimbriām vesti
menti eius, salua ero: manū protēdat, quasi ali
quid volens tangere. Quę omnia probē hābent
intelligi: dum temporis occasio postulat faciē
dā, ordineq; seruato, nō secus. Cauē tamē vt
in motib. quasi iaculator se ostendat. Insuper
& alias incōgruas dexteritates manuū fugiat;
quæ ad gladiatores magis spectāt, quām quod
sugesti honestas postulet, grauitasq; depositit.
Iuxta quod notare licet illud, quod præcedet
ti capite prælibauimus in fine, loquēdo de vo
cis accentu, quem naturaliter obseruant, qui fa
miliariter, & domesticè loquuntur: & idem ob
seruādum est in motib. membrorum. Nam Eu
angelicus cōcionator obseruet oportet illud,
quod cōmuniter & in exteris negotijs gerēdis
obseruat. Nam cūm edifferit, disceptat, & argū
it, indicē mouet, & manū. Dum admiratur, aut
exclamat, os suprà intentū habet, &c. Idē pror
sus inter prædicandum obseruet, & nihil om
nino horum mutet, vt dictum est, & ipsa res po
stulat.

Dicendi autem stylum, obseruare debet iux
ta modum enarrandi, & iuxta ea omnia, quæ dī
cere habet, non instar cuiusdam Dialectici se
gerat, qui syllogismorum obseruat modum,
& figuram, ad hunc modum dicens. En maiors
en mi-

CONCIONANDI.

70

en minor. Nec scholastico modo , aut dissertatio
ne procedat: sed quasi quidam orator nonnun
quam enarrando, amplificando, aliás exclamā
do, rationes deinde afferat , & authoritates ci
tet. Non, inquam , scholastico dicēdi characte
re . Itaq; si quadrifariam propositā cōclusionē,
aut assertū esset cōprobaturus: id nimirū pro
bet, absq; eo quod dixerit, quadrifariā, bifariā
ve hoc cōprobabo: & mox, prima ratio, secun
da ratio sic se habet, &c. Hic siquidē dicēdi sty
lus acerbus nimis est. Veruntamen sic poterit
has omnes dicti rationes referre, absq; eo, quod
dixerit, prima, secunda, tertia ratio est. Sed fini
ta priori, subdat, dicens : Et similiter hoc ita se
habet, nanq; , &c. Aut alio huiusmodi vocabu
lo vtatur, quod hasce rationes connectat, & eo
probè consūtæ, connexæq; sint, vt audientium
aures minimè offendat: siquidē Euangelici præ
cones sumus, non aut scholastici Doctores, seu
magistri, qui argutijs, & probationib. suadent,
dicentes: Prima, secunda, tertia ratio, &c. vt eo
rum doctrina luculenter, planeque ostēdatur,
& facilius percipi valeat..

*Vti recordabitur dum obliuiscitur cuiusdam
puncti, & incongruè assertum
corriget.*

Cap. XXXIIII.

Si fortè contigerit(vt enim mēmōria homi
nis labilis est) eorū quæ cœpit dicere quic
quā obliuiscatur, aut prorsus labatur ē men
te, poterit quidem ad Deum conuersus, dicere
terque quaterque: A , a , a , Domine Deus , vt mo
lestē grauiterque fero , cūm viderim tua ver
ba pa-

M o n s

Verba parum insectari, & percipi. Interim nisi recordatus fuerit, similibus ironicis vti poterit verbis. Cæterum si hæc omnia minimè proderunt, vt recordetur, dicat: Hæc missa faciam nec ultrà immoremur. At verò vt in memoriā facile reducat, nec omnino obliuiscatur eorū, quæ habet prædicare, hoc singulari vtatur docūmēto. Nōnulla sumito peculiaria, & signata pūcta, & horum notabilium initiatua verba ex corde satis habeto, atque primordia, vt in his initijs, quasi stapeda firmiter innixus procedas: quamprimum enim illius exordij quod antè memoriæ mandaueras recordaberis, reliquorum memoraberis dicendorum. Itaque prius quam pulpitum ascendat concionator mente recolat quæcumque habet prædicare & ordine ea enumerans dicat. Prinuini punctum sic incipit, & secundum huiusmodi, &c. Hæc vicissim mente iterumque euoluat, vt cordi figantur, nec ita facile fugiant. Et initium cuiusque puncti plerumque repetat. Quod si inter concionandum contigerit, vnum, aut alterum punctum elabi, ad aliud transire poterit. In his ce quidem debet concionator stapedis inniti, qui debilem sortitus est memoriam. Verùm, vt iam diximus, initiatua notabilium verba memoriæ insideant: quod si velles, minimè tamen elabi possint. Hi autem memoria debiles concionatores continuò deducere poterunt ex Euangelij contextu, & modicas facere digressiones.

Verùm si acciderit vt inconsulto, nec verba perpendens aliquam falsam, dissonam ve nimis propositionem dixerit, ne ultrà gradiatur, sed potius in se reuertatur. Quod si oportuerit exce-

CONCIONANDI.

71

exceptionem & additamentum exhibeat, Exempli causa: hanc si assertionem proferret. Nemo adhuc hominum fuit, quem peccati labes fugerit. Hæc quidē assertio, ut liquet, falsa est, & sic reuersus iterum dicat: Nemo, inquā, culpæ expertus fuit, exceptis, Christo Domino, & eius matre sanctissima. Quod si diceret hanc propositionem: Omnes, qui ex Aegypto exierūt, perierunt in deserto: similiter est falsa. Quam iterū repetens, excipiat dicens: Præter Iosue & Caleb. Alius insuper est modus ad resarcendum & celandum, quod incongruenter est assertum. Non per additamentum sive exceptiuè, sed expositiuè, se ipsum planè explicando, & insuper addens aliquid illi asserto. Huius quidem exemplum est. Si inter prædicandum, in illo Euāgeliū: Fides tua te saluam fecit, diceret. Fides omnes saluificat. Iterū dicat: Eius fides, & charitati comes saluificat. Deinde si diceret. O vos, qui tot antè sæculis in peccati labe voluntati permansistis, & adhuc correctionem minime adhibuistis: & iam diuturna vos carpit depravata consuetudo peccati: dico vobis, omnes peribitis in gehennalibus flammis præcipitandi. Hoc corriget, sua verba exponens, ut potè dicēs, nisi poenitentiā habueritis: quam difficultatem habebitis, qui assuefacti estis peccare. Si autē talis fuerit assertio, seu propositio, quæ correctionem, aut additionē non admittit: tūc quidem non est defectus, ut ad se reuersus dixerit: Nō hoc ita habet. Haud p̄bē dixi. Modò sic assero, vel sic, &c. Et sic fideliter eam proponat. Quod si spiritus ardore inflammatus, & feruidus dixerit aliquam propositionem, quā iterante non est locus, per ambages, & circumloquia

K

cam

M o n u s

eam tandem repeatat secundum verum dicendi modū ita ut populus intellīgit, ne fortē aliquē percipiāt errorem, & tandem decipiatur fālē edoctus.

*De confutatione obiectionum, & responsione
earum. Cap. XXXV.*

Plerunque accidit Euangelico concionatori, dum aliquam doctrinam populo sāne arduam, & intellectu difficultē tradit, facere quidem in se argumentum, quod populū obijcere posset, vti si affereret. Qui eleemosynā impertit, plus lucri sibi cōparat, quām amittat illud. Plus recipit, quām quod erogat. Statim diceret. Vide quid dixeris ò patēr? Quō modo hoc verum sit prorsus ignoro. Ego qui anteā promptuaria mea plena, & exuberantia habebam: dum impertio, en vacua sunt. Qui antea signatos loculos, & imbutos cernebam, dum erogo vacui & inaneſ mihi videntur: & ego egenus & propemodum mendicus factus. Qui ad populū conuersus, dicat: Hoc quām verissimum esse, vobis ostendam. Nam dato quōd fideles estis vos, scripturæ assertis teneatis alludere. Creuerat ingens fames in Israēl. Misit ergo Dominus Eliam Prophetam, vt egenum, & mēdicum in Sareptam Sidoniorum, vt apud viduam maneret, & ab ea pasceretur, &c. Narra historiam, & dicio. Nōnne cernitis planē vt vidua plus accepit, quām quōd Eliā impertiuit? Alijs namque varijs modis poterat Deus Eliam pasçere: verūm ita dispositus, vt illam ditaret viduam, ad eam egenum Eliā mittere. Maius quidem beneficium recepisse diūtem

CONCIONANDI.

72

ūstrem de manu pauperis constat, cùm hic suam eleemosynam accipit, quam diues inferat illi erogando. Et ita cum muneribus, & donis quēdam diuitēm vult Deus afficere, egenum & mē dicum ad se mittit: vt potius ab eo diues recipiat. Hanc loquendi phrasim, quæ vos sapè fugit, rectè calluit ille sanctissimus Patriarcha Abraham cùm dixit ad Angelos, quos peregrinos es se putabat: Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquę. Nouerat quidem Abraham, quod diuites beneficio tunc afficiebantur, cùm eorum eleemosynam pauperes volebant accipere. Propterea quod dixit: Si inueni grātiā in oculis tuis. Hę nimirum obiectiones refutantur, & facilimē soluuntur, gémīna si utramque lance ponderes. In altera earum, lucrum perennium gaudiorum locato, & in altera iacturam terrestriū bonorum statue. Nunc perpendere licet, quām sint nullius momenti huius lutulentā prædia saceruli, & caduca: illa autem æternā, pretiosissimā super omnia bona. Et consequenter quām parūm, eadem erogando, deperditur, imò lucratur, cùm acquirantur perennia, impertiendo vilia, & abiecta. Hoc eodem modo Diuus Chrysostomus plerumque vtitur, peculiariter in Homilia, quæ inscribitur: De oratione Annae, & quod utilis sit paupertas, hoc dicendi styllo probat feliciorem diuite pauperem esse, & beatiorem gaza ipsa, paupertatem. Quæ Homilia habetur in primo Tomo post Homilias in Genesim. Atque etiam prop̄ finem quinti Tomi, Homilia septuagesima octaua, quæ inscribitur: Quod melius est iniuriā pati, quā inferre. Deinde, postquam dixit, & nūc iauit commodum

K 3

quod

M O D V S

quod ex hoc consequitur, in hunc modum subdit: Sed est graue (inquit) iniuriam pati, & calumniam. Non est graue, non est. Quousque circa praesentia stupidus haeres? Neque enim id Deus instituisset, si graue foret. Animaduerte verò, qui fecit iniuriam, abijt, habens quidem pecunias, sed & conscientiam perculsam: Iesus autem, pecunijs quidem priuatus, habens autem apud Deum fiduciā, possessionem innumeris thesauris dignorem, &c. Hinc iacturam temporalē, quæ minima est, locato, istinc spirituale damnum reponito, quod sibimet machinatur, qui alium laedit, & contumelia afficit. Et ita D. Chrysostomus concludens, inquit: Quid ait? Priuatus sum omnibus meis: libet tacere. Calumniam sum passus, & ferre iubes & quanquam miter, & quomodo potero? facilimè profecto, si tamen in cœlum respicias, si spectes hanc pulchritudinem, & quod te Deus suscipere promiserit, iniuriam generosè ferentem. Hoc argumentum fac, & cœlum respiciēs, cogita, quod illi super Cherubim sedenti factus es similis. Nam ille contumelijs affectus fuit, & tolerauit: opprobria pertulit, nec vltus est, percussus, & non surrexit: sed contrà beneficia reddidit ijs innumera, qui talia patrauerant. Nosque suos esse iussit imitatores. Vbi quidem Chrysostomus soluit questionem cum spe præmij, & Christi Domini exemplo, eiusdemq; precepto. Non secus ad suadendum populo ignaro inimicos diligendos fore, hisce quatuor medijs uti oportet. Primum quidem est agere de domino, & iactura, quam Zoili, detractores, & inimici nostri sibi comparant: & similiter de modo, quod inde prouenit nobis. Secundū quidem

C O N C I O N A N D I.

73

dem medium, est, agere de præmio quod sanè consequemur: quia erimus filij Dei, & hæredes, cohæredes autem Christi. Tertium est exēplum Dei afferentis: Qui solē suū oriri facit su per bonos, & malos: & pluit super iustos, & in iustos. Quartum autem medium confirmatur Dei præcepto. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Quod nisi feceritis, peribitis, & in æternum ardebitis: modò verò eligite vtrum horum præstet vobis, numquid diligere, an poenas luere?

Magnum quidem ingenij acumen, & artificiū requiritur ad abolendas, & radicitū extirpandas falsas, & erroneas populi, quas habet, opiniones. Ut Salomon ille in Ecclesiastico facit, plerunque opiniones rejiciens, quæ iuxta summum bonum ferebantur. Et Apostolus ad Romanos aduersus cōtrarios eos, qui persecutio nēm docebant, propter meram fidem duntaxat, absque operibus legis. Rom. 5. 4. 10.

Vt Euangelicus præco suadeat.

Cap. XXXVI.

Cum nostræ volūtatis, quò tendit obiectū, sit verè bonum, aut sīltem apparens bonū, nunquam enim noster appetitus fertur in malum, nisi sub aliqua specie boni. Quā obrem plerique sunt, qui sibi ipsi imponunt, & sensualium rerum desiderio trahuntur. Ut autem hæc inimici fraus destruatur, Ecclesix Dei concionatores præunt. Ea propter medijs, & rationibus vti debent, quibus populo suadeat: scilicet peccati bonum & gaudium mundi, & carnis fucatum, & lutulentū, & omnino dolo-

M O D U S

sum esse. Secus autem de virtutis cōmodo sua-
deat: nimirum virtutis bonum verum, & ama-
bile esse: & seruire Deo non modò vtile, & ho-
nestum, sed & delectabile. Et sicut prouidi qui-
que duces, dum bellum gerere cū alio student,
optimam quamq; munitionem debent parare,
vt hostes aggrediantur, & militibus adunatis
bellicum canere, vt tandem trophēum obtine-
ant. Ad hunc quippē modum Euangelici con-
cionatores summo studio, & opera exquirere,
& rationes adiuuenire tenentur, quibus cum
planè ostendāt virtutis viam non modò hone-
stiorē, verū & vtiliore, & magis delecta-
bilem esse, quā vitij, perditionis & interitus.
Quod si suadere nequeat: ipsam delectabiliorē,
dulcioremq; effe saltem prober: atq; suadeat v-
tiliorem, ac magis cōmodam esse, proptereaq;
insolētiæ maximæ esse ipsi virtuti velle præpo-
nere vitiū. Et absonum nimis, ipsam peccati ob-
scenā voluptatem, honestæ virtutis cōmodo,
& dulcedini præferre. Alias operæ pretiū est ra-
tionib. ostendere, quod vitiū, & si oblectet, &
iucundet, cæterū maximè nocet. Ad hoc autē
expedit plerūq; recitare, & inquirere dñma,
quæ ex quo cunq; vitio emanant, vt ab huiusmo-
di audiētes abhorreāt. In hisce, quæ dicta sunt,
latissimus patet concionatori mediorum cam-
pus ad suadendum. Nam ad hoc, vt aliquid ap-
petatur, & diligatur, necessarium est ostende-
re illud delectabile, & oppidò satis iucūdum,
& honorificū nimis esse, facile, & non arduū,
scilicet ipsam virtutem. Hæc quidē omnia ostē-
di possunt, si eius, quod docetur, explicetur de-
finitio, nonnunquam per suas causas eius com-
modū ostendēdo: alias per suos effectus demō-
strando.

C O N C I O N A N D I.

strandō. Idem omnino licet fieri in ipso dāno,
quod subterfugere potest. Nam cūm contrario
rum eadem sit ratio, & volūtas nostra propen-
sa cūm sit ad bonū sectandū, ex eoq; eius com-
modum sibi ostenditur, ita quidem diuertit à
malo cum eius nōumentum requirit & videt,
vt potè molestū, odiosum, in honestum, & igno-
miniosum illud esse, &c. Qui rhetorices docu-
mentis delibuti sunt, lōgē lateq; hoc ipsum fa-
cere poterunt. Ceterū quib⁹ sors non sugges-
fit, eis aduertere sufficiat, quoniam honores, &
commoda in bono contineātur: & quod oppro-
bria habentur in malo. Quibus probē libratis,
vtiq; virtutē sectandam fore, & vitium fugien-
dum suadebit.

*A quibus recitandis cauere debet con-
cionator.*

Cap. XXXVII.

Caveat Euangelicus præco, ne suggestum
ascendens, suimet honoris gloriam autu-
met, aut prædicet. Vel quia nouerit obtrectato-
res nomen suum ignominiosè detrahentes, se-
ipsum haud defendat ibidem. Nec se iustificet,
virum vtique probum, nec infimæ notæ esse,
nec literis delibutum se esse dixerit. Hoc e-
nim est, quod latebat, prodere, & quod inter
duos, trésve ferebatur, vniuerso cœtui mani-
festare. Et, quod peius est, quod alijs patienti-
am cūm prædicet, se elatum omnibus præbet,
& vestimenti lacinia dum tangitur, ægrè fert.
Ideoque tacere, & æquo animo tolerare
præstat, siquidem ea est rerum vicissitudo,
& tempus omnium medicus est, ad cuius cur-
um omnia decidunt, & labuntur, cunctaque

K 4 præter-

M o d u s

prætereunt. Deinde suos amulos confundet, & maximo cum trophæo superabit, & tandem victoriæ palmam reportabit. Veruntamen qui hoc ipsum non faciunt, sed in pulpito se ipsos prædicant, præterquam quod adstantium aures offendunt, insuper ab eis posthabentur, & eorum doctrina minus recipitur.

Caveat ne iactabundus sui ingenij acumen, & agilitatem ostentet, aut quæ dicere habet, nimis collaudet, & ad nubes usque tollat, dices: Quod adhuc nemo tam egregium, & propè diuinum excogitauit punctum, & similes huiusmodi vanitates, & iactantias. Ad summum autem dixerit: Attendite, & notate hoc: absque eo quod subdat, quia nimis acutum, aut præstissimum est. Nam siue bonum, siue malum illud sit, denique audientes viderint & iudicabunt.

Caveat abscona, & longè extra à præsentī cōcione verba proferat: illud verò quod à concione dissidet, ut potè sermones, qui ad ædificationem populi non conferunt, hęc nimis pensanda sunt, & maximo cum studio examinanda, ante quam proferantur in pulpito. Nanque in tisce, & similibus sermonibus, ineptiæ dici plerunque solent.

Caveant dixerint forsitan quod serò nimis ei sermonem ipsum commendarunt: huiusmodi nanque iactantiae verba sunt. Non secus ac si dicaret. Si tam breuis temporis spatio & præter spem, talia tamque mirifica prædicto: quid si temporis angustia non præmeret? Hoc sibi suadeat concionator, eo audientium aures, alacres, & subtile iam esse, ut probè eorum animum, mē temque calleant, & percipient. Quos & vilipendunt,

CONCIONANDI.

73

dunt, & in derisum habent, cùm eos iactare cernunt.

Caveat ostenderit se molestè ferre, aut potius obtrectet ex eo, quòd modicus audientium coetus sit. Siquidem præsentes non sunt noxij, cùm adsint: & absentes non percipiunt, cùm absint; & sic taxatio volaret in aerem, & præsentes malè iudicant de eius patientia, & æquanimitate. Grauiter enim ferunt cùm cernunt se vilipendi, & pro minimo reputari. Quin potius meminisse tunc habet, quod Christus Dominus prædicauit mulierculæ Samaritanæ. Propterea spiritu, & deuotione, ante oculos ponat Christi crucifixi amorem, & pro eius amore, & cum amore prædicet duntaxat. Astantes enim quā primum promulgantes, & illius optimam famam circumferentes, alios quidem trahent ut suam egregiam doctrinam sectentur.

Ivan. 4.

Caveat citò credulum se omnibus præbeat, vt cuncta, quæ à sacerdotalibus illi nunciatur sibi suadeat, detrahentes apud eum clericos, aut ciuitatis rectores, & præfides, & hisce similibus obtrectantes, & apud eum conquerentes. Plerunq; enim euenit ut quidam sibi illatè iniuriæ non secus vindictâ sumere valentes, ipsum concionatorem, quasi instrumentum sumunt, quæ cautionibus informant & verbis dolosis satis dant, & fortè longè aliter, quam se habet res. Quòd si Euangelici concionatores nullo habito consilio, nec veritatem ipsius rei undequaq; inquirant, sed nimis credulè suggestum ascendentes, protinus id ipsum euomant, & eorum falso imposta criminataxant, pullulabunt quidem in populo scandala, plerunque infontes damnabit, & ipse yultu confusus manebit, cū

K 5

tandem

M o d u s

tandem veritas vbique sit non celanda, sed plā
nē videnda est. Hoc maximē notandum est con
cionatori. Huiusmodi namque res postulat eū
perspectum, & nimis callidum, ne omnino cō
cipiat quæcumque audit: sed probè omnia pen
sare, & vtrum dolus aliquis delitescat ibidem,
rimari. Quòd si attentas aures præbere debet ca
lumniantibus, non ita facilē eorum detractio
nibus assehiatur; quin prius omnia ruminet.
In veteri namque lege prohibitum erat, ne of
ferrentur in holocaustum animalia, quæ non
ruminabant.

*Lev. 2.
Dent. 14.*

Caveat inter increpandum luxum, & pro
digalitatem, erga viētum, & vestitum, dixerit,
vt plerique ineptè faciunt, dicentes: Ea est rerū
vicissitudo, vt iam iam sutoris coniunx ità lau
tē se gerat, & monilibus, sericisq; vestibus or
net, vt quasi cuiusdam principis vxor luculen
ter incedat, & varietatibus induita. Hoc enim i~~g~~
nominiōsum est valdē, & sutorum detrahens
honori. Sed potius alio dicendi charactere, &
ordine dicat. Ea est rerū vicissitudo, vt iam fa
bri vxor, &c. Non autem in particulari, Suto
ris, sartorisve. Et sic de reliquis.

Caveat ne nimis Doctorum prolixas autho
ritates Latino sermone ibi recitet: sed breues
fatis. Verū longiusculas (si tamen compēdio
sae sint) licebit referre duntaxat. Huiusmodi
namque populus ignarus fastidiuit nimis, & of
fenditur. Prætereā quique sapientes viri nō ita
facilē ferunt cùm iterum Hispano sermone re
citanda sint. Fastidit miseros crambe repetita
magistros. Verū tamē quicquid Latino sermo
ne recitauerit, vtpotè scripturæ, doctorūve au
thoritates referendo, paulatim luouenter, &
clarē

clarè illud pronunciet. Caueat autem neoterici os ibi Doctores recitet: namque suggestum ea pollet auctoritate: & grauitatem tantam postulat, ut sacram Scripturam duntaxat, & ex sacris Doctoribus iam priscos citare liceat. At inter Doctores scholasticos S. Thomam, & D. Bonaventuram solum recitet: hosque raro. Nusquam tamē Durandum, Scotum, nec Paludem, Gabrielem, aut Caietanum, nec reliquos insuper Doctores scholasticos.

*De sermonibus Sanctorum.**Cap. XXXVIII.*

A Equum sanè est, & acceptum satis Diuorū merita inlyta promere, verbis & præconijs edere, atque eorum heroicas efferre virtutes, & victorias, trophæaque pangere. Idque sancti Patres, & prisci, sacrique doctores fecere. D. enim Chrysost. Tomo quinto, Homilia 5. prædicat sanctimoniam patientissimi Patriarchæ Iob. Et Homilia sexta idem omnino facit de Elia Propheta. Et Homilia septima de Machabæorum præstantia. Homilia octaua de tribus pueris, qui in camino æstuantis incendij metro ludentes, ordinatè ad laudem omnipotentis Dei omnia elementa prouocantes, tripudijs incedebant. Et Homilia nona laudibus effert coelibem, castamque Susanam. Non secus videntur facere sancti Ecclesiæ doctores, D. Augustinus, Ambrosius, Gregorius, D. Basilius, Nazianzenus, & plerique alij. Quapropter Ecclesie ^{Ecc', 44} faisticus dicit: Laudemus viros gloriosos in generatione sua. Et Christus Dñs laudat sanctum præcur-

M o n u s

præcursum, & D. Petrum, & D. Mariam Magdalénā: & alios sanctos quamplurimos: Quod si ex nostris cantionib. & laudibus, & dieb⁹ festis, in quib. eosdē sanctos colimus, nihil emolumenti, aut gloriæ eis accrescat: cæterū quoniam suis laudib. trahuntur fideles ad eorū virtutes seständas, atq; vt deuotionem habeat in eis, idcirco ab eorū laudibus nō debemus abstine-re. Paulus ad Galatas inquit: In me clarificabāt Deum: Et in epist. ad Hebr. Memores estote eorum, qui præfunt vobis, qui locuti sunt vobis sermonem Dei, &c.

*Galat. I.
Hebr. II.*

Igitur dato, quod viri sancti laudandi sunt, duo sunt maximè concionatori notanda iuxta hoc. Primum quidem est, quod parū prædicet de sancto illo, & hoc in fine concionis feruet. Haud tamen apocrypha, vanaq; recitet, quæ sapientum aures offendant. Namq; Apostolus de se cum dixisset: In nominē Iesu mirabilium multitudinem fecisse: S. yerò Lucas in Act. apostolorum non multa recitat. Eiusmodi quidem cōcionator pauca referat de sancto: & ea vera sint, & authenticè comprobata, vt conferant ad populi ædificationem & fidem augeat suæ doctri-næ, non fidem minuat.

Secundū, quod aduertere debet cōcionator, est iuxta modum laudādi. In quo duæ simul cōsiderādæ sunt laudandij rationes. Prima quidem est, ne cōmunia, & trita nimis de aliquo sancto prædicet: sed aliquā peculiarem, & exquisitam prærogatiuā, & hæroicam virtutē ei ascribat, in qua reliquos excellat sanctos. Namque arma ex eodē metallo fabricantur, verū hanc materiam si armarius temp̄eret, lucidiora quidem apparent reliquis armis. Ita quidem omnes

CONCIONANDI.

77

nes sancti fuerunt utique viri perfecti, & omnibus virtutibus insigniti: nonnulli suas virtutes etenim expolierunt, & igne examinarunt, ut in ipsa virtute facile primatum obtineant, & eximij valde, egregijque sint. Ea propter & mater Ecclesia pro omnibus concinuit. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Quod si in hoc omnes conueniunt, ingeniosus concionator exquirat aliquid peculiare encodium, ut eum preferat ceteris. Hic nanque Iaudandi modus est iuxta rhetorices documenta: & ipse quoque sanctus maxime exaltatur. Sic enim Christus Dominus satis collaudat S. Ioannem Baptistam, dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior, &c. Et Centurionem, dum dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Et Magdalenam, pro ea respondens Marthae sorori eius. Si de S. Ioanne Evangelista sermo fiat, dicto omnium dilectissimum Deo fuisse, & quod ipse solus inter Apostolos duodecim virginitas aureolam obtinuit. Si de Ioanne Baptista predicet, dicat, quod a ventre matris rationis particeps fuit, & sancto flamme delibutus. Si de S. Paulo, quod vas electionis inter omnes Apostolos in praedicationibus ministerio facile princeps fuit. Si de S. Iacobo, quod lux & decus totius Hispaniae fuit: & inter omnes Apostolos primum fuit martyrio laureatus. Si de S. Francisco, vti praes omnibus saeculi contemptor extitit, post ipsos Apostolos. Si autem de S. Antonio, de suo rum mirabilium excellentia, quod inter omnes clarus fuit. Si de S. Catharina, quod inter omnes sanctas meruit ipsa sola tres aureolas deportare, ut poterat virginis, martyris, & doctrinis, post ipsam virginem Mariam. De Magdalena autem dicito,

*Marc. 12.**Matt. 8.**Luc. 10.*

M o d u s

cito, quod torrentem lachrymarum fudit, & maximam compunctionem, & dolorem præ omnibus habuit. Ad hunc sanè modum poterit cæteros laudibus sanctos efferre, & peculiaribus donis anteponere, non autem quæ sunt cōmunia, de eis peculiariter prædicent. Nec tamen opus est totius vitæ cursum enarrare, aut à quibus ortus, oriundusve parentibus est, & quānam peragrauit, aut quo tandem peruenit, & reliqua huiusmodi, quæ ad garrulos, & loquaces spectare videntur, & quasi librū ibi recitare, qui flosculus Sanctorum dicitur. Sat sit, ut prælibauimus, aliquod peculiare donū, quo illum præ omnib. Deus insignire voluit, recitare: ac singulare priuilegium, quod illi Deus cōcessit, ac piè cōmunicauit, ostendat. Quod si ad hoc recitandum iopera pretium fuerit nonnihil ex suæ historiæ cursu recitare, breuiter, & succinētè perstringat, & reliqua, quæ ad hoc punctū non spectat, missa faciat. Hæ sanè laudes intelligendæ sunt, quod fiant in eorū Ecclesijs, & aduocationib. Nam si in festo D. Bartholomæi concio fiat apud D. Franciscum, non est opus quicquam laudis pro S. Bartholomæo edere: sed Euangeliū duntaxat prædicare, sine aliqua prorsus D. Bartholomæi cōmemoratione. Quod si in ipsius ædib⁹, & Ecclesia prædicetur, congruum quidem esset, nonnihil de eo laudis recitare (quod in fine concionis seruandū est;) pro ipsius honore, & deuotione populi. Ut cunq; tamen illud sit, nusquam tamen vtilē doctrinam animabus omittendam suadeo: vt totū tēpus cōsumetur in Sanctorū laudib. recitādis:

Secundus laudandi modus est, cū prius laudantur hi, quib. ipse anteponitur: quod quidē funda-

CONCIONANDI.

78

fundamentum habetur etiā ex rhetorices documentis. Homerus n. priscus Poeta, & sanè egregius, in Iliade, quā in laudem Achillī scripsit: ut Achillē probē, & secundū animū collaudet, prius Hectorē collaudat, & eius præclara gesta recitat: deniq; verō vnicō duntaxat verbo Hectori præfert Achillem, dicēs: q̄ vicit, ac superauit Hectorem. Quātō n. laudibūs ipsum Hectorem effert: tantō magis laudat Achillē, q̄ victor euasit. Non secus Dei Apostolus ut legē nouā magis ac magis collaudet, & probet, prius veterem Moysi legem collaudat, ad Hebreos, dicēs: Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè, &c. Deīndē ait, quomodo hæc lex gratiæ à Christo Dominō data est. Et mox quantū Christ⁹, siquidem Dei filius est, Angelicis spiritibus præstet, qui serui, & ministri Dei sunt. Itaq; (ut ad propositū reuertamur) si in festo D. Petri placuerit immortalib. laudibus eū efferre: prius quidem de suprema Apostolorū dignitate, ploqui decet. Qui quasi Seraphim sacrosanctæ militatis Ecclesiæ extiterunt, & quasi principes eius. Et quæcunque prædicauerunt, & exararunt, omni nō Euangeliū esse, & Scripturam sacram, & Scientiam à Deo illis infusam. Postquam in cōmuni de huius celeberrimi, & propè diuini ministerij verba fecerit, & de Apostolorum excellētia, dicio. Audistis principatum, & supremam dignitatem Apostolorum? Modo aduerte quod D. Petrus omnium princeps fuit, & caput eorum. Exactius (profectō) & luculentius ita D. Petrum effères atque si eas, quas disceptationes cum Simone Mago gessit, recitares, aut ea, quæ ybique gentium peregit, miracula referres;

M o d u s

ferres: aut gesta alia enarrares, quæ audientiū animos tepefaciunt, & tandem eorum non mouent affectus, nec in deuotionem, & maiorem reuerentiam sanctorum eos trahunt. Insuper si S. Matthiam intendis laudibus insignire: prius illius Iosephi peculiarem probitatem laudato, qui cognominatus est iustus, pro sua singulari sanctitate: hoc modo dicens. Aduertite quisnam S. Matthias sit. Hic enim sancti Spiritus electione, qui probè hominū corda nouit, nec decipi potest. Apostolatus ministerium sortitus est & Iosepho præpositus, & cœlesti signo ab Apostolis electus, & in eorum numero computatus. Hæc duo exempla sufficiant, ut quisq[ue] ingeniosus verbi diuini cōcionator sumat stylum ac dicendi modum, & Rhetorices documentis vtatur, ut optimis rationibus & coloribus rhetoricas artificiosè, & maxima cum brevitate sciat Sanctorum merita laudibus extollere, in eorum solennitatibus, & Ecclesijs: secundum eum modum, qui melius videbitur expedire. Quod etiam eligere poterit ex gemino dicendi modo iam posito.

De sermonibus pro defunctis.

Cap. XXXIX.

Sancti quippe Doctores, & iam prisci pro defunctis prædicare consueuerunt, & huiusmodi quidem funereos excogitarunt sermones: In scriptis namque D. Gregorij Nazianzeni inuenimus conciones pro obsequijs Magni Basilij, & D. Athanasij: atque etiam in funeralibus parentis sui Gregorij, & fratris Cæsarij, & suæ sororis Gorgoniæ. Et D. Ambro-
sij quo-

CONCIONANDI.

79

Si quoque duæ extant funebres conciones, altera pro Theodosio, alia pro Valentiniano Imperatoribus. Quibus sanè concionibus præordinandis vtilis quippe materia, & fundamenta extant: ut potè: De recordatione mortis: De miseria, & fragilitate hominum: Vti stipendum peccati ipsa mors est: De sæculi vanitate, & contemptu: De perenni gloria: De iudicij magni die: De pœnis Inferni, & beatorum gaudijs. Pro ipsis verùm defunctis, vnum, aut alterum verbū solum addat, & hoc prope concionis finem, & quasi in compendium præfata redigens, illud verbum applicet dicēs, quia probè vitæ suę cursum consummauit & ipse, & quasi fortissimus quisque miles perstigit usque in finem, & omnia tandem sacramenta percipiens, migravit. Et ita piè credendum est, gaudia meruisse sempiterna. Cetera, quæ hisce insuper addi possunt, vanitas, & maximadementia est: quod audientium aures offendit nimis. Præterquam si mortuus fuerit aut Rex, Reginave, aut aliquis aliis princeps, seu optimates, tunc enim licentiam habebit concionator plusculum extendi secundum præclaras illius principis merita: verùm & hoc cum prudentia & verborum deleitu fiat. Namq; si dum prædicamus de illis sanctis, quos iam Ecclesia recepit, & in numerum sanctorū computauit, non licet doctrinam utilem omittere pro eis laudibus decantandis: quantominius licebit in pulpito eorum immortales laudes recitare, quos quidem salui ne facti fuerint, ignoramus, quamuis visum fuerit nobis fæliciter diligenter efficeret?

(.:)

L

Quid

M O D U S

Quidnam facere debeat post ipsam prædicationem. Cap. XL.

HA V D tamē concionator vanā efferatur iāctantia, cūm se rectē prædicasse cognouerit: sed considerandū ipsi est, hoc propè diuinū & cælestē donum sibi collatum fuisse, pro communi Ecclesiæ utilitate, pro salute animarum. Et insuper q̄ Christus dominus in Euangelio dicit, q̄ in nouissimo magni iudicij die multi dicent: Nonne in nomine tuo prophetauimus,
Matth. 7. & dæmonia eieimus? quos Deus ignorabit, nec amplius cognoscet. Et Apostolus ait: Si linguis hominum loquar, & Angelorū: charitatē autem non habeā, nihil sum. Itaq; ne quis pro peculiari fandi, aut mouendi charismate se iāctet, & cæteros vilipendat. Plerunq; enim maximus Deus solet indignis & sibi aduersis hæc, & similia dona communicare, nō pro se, sed pro aliorum utilitate duntaxat. Proptereaq; debet existimare forsan aliquā humilem aniculā ad fuisse concioni bonę, ad cuius merita respiciēs Deus concionatori gratiā dedit, & spiritū prædicandi, & scientiam, & leporem dicendi infudit, cūm tamen hoc non mereretur. Plerunque enim Deus administrat bona, & ea suggerit
2. reg. 17. medijs quasi vilibus, & abiectis instrumentis. Ut Eliæ prophetæ carnes suggestis, per ministerium coruorum. Noluit quidē Deus Eliam per manus Aquilarum, aut ministerio Accipitrum
Ind. 15. (quæ nobiles utique sunt) alere: sed coruorum ope. Samson quoque per asini mandibulā potuit: quæ fætidū, turpe & vilissimum quid est. Hæc quidem ita placet Deo operari, vt magis ac magis eius sapientia, atq; potentia coruscet, & fulgeat.

geat. Et propterea dederet maxime concionatorē gloriari, & collum erigere, siquidem per reprobos fieri solēt magnalia, & excelsi sermones. Quamobrē cūm Dei peculiare auxiliū senserit hisce meditationibus se colligat. Nec patiatur se laudib⁹ erigi, ne forsitan vanitatis venticulus omne meritum tollat, & peculiare Dei auxiliū dirimat, & in subsequentibus cōcionibus desit. Cæterum si aliter fieri nequīt, quin laudes sui audiat, se non audire simulet: obseruet, & taceat. Nec, vt quidam faciunt, effæminatis, & mollibus, se excuset verbis, quandoque se nihil omnino scire fatentur, quorum superbia, & iactantia intrinsecus latitat. Deo tamē in imo cordis gratias age pro omnibus, quæ tibi communicare dignatus est.

Debet insuper concionator peculiare quendam amicum consulere, & ab eo diligenter inquirere, & percontari, nunquid in pluribus offendat, aut deficiat: & vt cunq; illud sit ostendere dignetur: quod sane inquirat cū animo corrigendi seipsum, & lœtetur deinde cūm suis illi defectus obiciunt, præcipue cūm amicorū correptio facilis sit, nec fraterna admonitiō grauit̄ ferenda est.

Tandem quibuscum maior fructus animarū percipiatur, interroget, illudque secessetur
& predicet ad laudem omnipotenti⁹
Dei, qui trinitas, & unus
vivit in sæculorum sæ-
cula. Amen.

IN PSALMVM
CENTESIMVM
TRIGESIMVM
SEXTVM.

CONCIO I.

Super flumina Babylonis, illic sedimus,
& fleuimus: dum recordare-
mur tui Sion.



I C Psalmus inscriptionem nō
habet: & ita nonnulli animo hę-
rent, & dubitant, variaque ni-
mis sentire videntur, dum eius
signant authorem. Putant enim
fuisse constructum à quibusdā
Hebræis, ut potè spiritualibus, & deuotis viris
per modum cantilenæ, & lamentabilis carmi-
nis lusum: in quo exprimunt intimum cordis
dolorem, simul & afflictionem, quam in acerba
& dura nimis captiuitate Babylonis habuere.
Alij sentire videntur, hunc Psalmum fuisse cō-
positū ab illo clarissimo & egregio populi He-
braici duce Esdra in exitu, & regresiu Babylo-
nicę captiuitatis. Alij credunt eius authorem,
regium Dauid fuisse. Et hi quidem veritati ma-
gis videntur appropinquare: & secundum hoc
in nonnullis sacris Biblijs habet huiusmodi ti-
tulum inscriptum: Psalmus Dauid, propter Hie-
remiam. Habet namque quandam congruentiā
cum illa misera lamentatione, quam Hieremi-
as imo cordis tactus dolore, amarè flens diram
popu-

C O N C I O . I.

81

populi sui captiuitatem, & Babylonis ergastulum, lacrymis, & singultibus faciebat: de cuius etiam captiuitate in hoc psalmo agitur, & sanè videtur quasi quoddam compendium, & finis lamentationum Hieremiac. Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo: facta est quasi vidua, domina gentium, &c. Et illius deprecationis quam fecit: Recordare, Domine, quid acciderit, nobis, &c. D. Hieronymus in præfatione in Abdiam Prophetam, huic alludit sententiae: & etiā D. Augustinus, qui in libro decimo septimo de ciuitate Dei, quartodecimo capitulo, & in Psalmo nono, huic cōnectitur opinioi, nimirum omnium Psalmorum authorem fuisse David. Cui alludunt D. Ambro. D. Hilarius, Origenes, Theophylactus, Euthymius, Celsiodorus: quæ & probabilior, atque communior est opinio. Et Diuus Augustinus loco citato inquit: Quod quemadmodum solus Christus habuit clauem David, ut nimium abdita mysteria, & Psalmorum arcana referaret, & luculenter enodaret: sic solus David habuit Dei spiritum in psalmis construendis & ludendis. Multi enim hoc adire munus tentauerūt: sed nullus adhuc eius gratiam, & leporem psallēdi obtinuit, nec satis longè peruenit. Quod si obijciatis mihi, virtus sit, quod regius David fuerit eius autor, in quo agitur de miserabili captiuitate filiorū Israel in Babylone, per spatium, & cursum annorum septuaginta, quæ quidē captiuitas multos post dies David facta est. Hæc quæstio difficilem haberet exitum, nisi David Prophetam esse vtique crederemus. Non autem mirum debet esse, quod tam splendide, & luculenter vena prædixerit nobis, cùm ipse egregius, & peculiaris,

Tbr. 1.

Tbr. 5.

IN P S A L . CXXXVI.

culiaris, insignisque Propheta extiterit. Quod si mihi non creditis, audite quid de ipso scribatur. Hæc sunt verba nouissima, quæ dixit Da-

Reg. 23. uid filius Isai. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel: Spiritus Domini locutus est per me: & sermo eius per linguam meam. Dixit Deus Israel mihi, locutus est fortis Israel, Dominator hominum: iustus dominator in timore Dei. Sicut lux auro ræ Oriente Sole manè absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Primum quod assumpsit, est, quod est Propheta: Insuper & egregius. Dixit vir egregius psaltes Israel. Egregius, enim significat, quasi singularis, & extra aliorum gregem. Secundum assumptum est, quod ferè omnia, quæ concinuit in psalmis, Christo & gloriæ eius sunt aptanda. Dixit, vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob. Tertium quidem assumptum est, quod psalmorū scriptura à Deo fuit reuelata, & authentica. Quia spiritus Domini locutus est per me: & sermo eius per linguam meam. Quartum assumptum dicit; Quod egregius psaltes manifestius, & amplius vētura prædixit siue ad Christianum Dominum, Ecclesiæve, seu ad populi Christiani successum, aut ad populi Israel euentus pertinet, quia dicit: Sicut lux auroræ Oriente Sole. Et sic nō mirum debet esse, quod evidenter, & nimis perspicuè Babyloniam populo euenturā captiuitatē prædicaret. Namque regius noster Dauid tantus, tamq; insignis propheta extitit, non secus ac ille, de quo habetur tertio Regū, quod prophetauit coram Iero boam nequissimo principe, & idololatra bonum, quod Israeli foret euenturum per successum

sum cuiusdam regis, quem & proprio nomine
 nuncupauit, dicens: Altare, altare, hæc dicit Do-
 minus. Ecce filius nascetur domui David, Iosias
 nomine, & immolabit super te sacerdotes ex
 celsořu, qui nunc in te thura succendūt; & ossa
 hominū super te incendet. Quod factū est, quā-
 do Iosias destruxit altare hoc, quod erat in Be-
 thel, & excelsum qđ fecerat Ieroboā: quia pec-
 care fecerat Israel: ut quarti Regum enarrat hi-
 storia. Et ab hac prophetia quo usque adimple-
 ta est, bis cētum annorum transiit. Esaias quoq;
 Cyri Regis nomen prophetauit, qui nimurum
 fuit, qui captiuitatem hāc reduxit, ac populum
 Israel in pristinam libertatem restituit: quæ
 prophetia priusquam adimpleretur, his cen-
 tum similiter annorum pertransiit. Modo quid
 mirum quod regius Psaltes hanc durām capti-
 uitatem prædiceret, siquidem prophetes próp-
 terea dicitur, quod euentura nobis nunciet, &
 prophetet? Hæc, inquā, captiuitas, de qua Psal-
 tes noster pertractat in hoc psalmo, successum
 habuit in diebus Ieremij prophetæ, regnante
 Sedechia in Israel, viro quidē parū deuoto, nec
 virtuti propenso. Et quo pergit caput, eo tén-
 dunt & pedes, Qualis enim dux est, tales & mi-
 lites eius: & qualis Rex, tales domestici eius:
 Et, ut scriptura ait: Qualis rector populi, tales
 inhabitantes in eo. Cū ergo rex Sedechias im-
 probus extitisset: sui quoque eum imitabantur.
 Cernens autem Deus præuaricationem, & sce-
 lera huius principis, & suorum versutian, im-
 pulsus est hac tetra, & dura nimis captiuitate
 eos punire, & in seruitutē redigere. Nam inter
 ea quibus in populum suū animaduertens mi-
 nabatur Dñs, ni obseruarent eius præcepta,
4. Reg. 23.
Esa. 45.

IN PSAL. CXXXVI.

& legis iudicata custodirent, hoc vnu erat & quidem acerbissimum, eos nimis tradere in servitutem alienarum gentium, & in suorum ini-
micorum potestatem: derelinquentes patrias suas, deserentes receptacula, eorumque urbes dissipandas, & a suis hostibus euertendas. Vn-

Denini. 28. de in Deuteronomio habetur: Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extre-
mis terrae finibus, in similitudinem Aquilae vo-
lantis cum impetu: gemitum procaciissimum, quae non
deferat seni, nec misereatur paruuli. &c. Hoc
modo omnino contigit in hac misera captiu-

Ieremiah. 32. tate, ut refert Ieremias: Ecce ego tradam ciuita-
tem istam in manibus Chaldaeorum, & in mani-
bus regis Babylonis, & capient eam: & venient
Chaldaei præliantes aduersus vibem hanc, &
succendent eam igne propter malitiam filiorum
Israel, & filiorum Iuda, &c.

Aduertite tamen, quod plerumque contin-
git, & Deus permittit, ut nobis mala eueniant,
& plagi, & languoribus nos afficit, & punit,
non ratione culpæ, nec respectu criminis, sed
ut manifestetur gloria Dei, & ipse in nobis glo-
rificetur, ut patet de cæco à nativitate. Qui et-
iam voluit ut tres illi pueri sancti Anania, Aza-
rias, Misael, traherentur in Babilonem captiui:
non propter eorum delicta, sed ut gloria Do-
mini in ipsis manifestaretur: quam ostenderunt
cum præceptum fuit eis à Nabuchodonosor, ut
statuam colerent, cui dixerunt: Deus noster,
quem colimus, potest eriperenos de camino i-
gnis ardentis: & de manibus tuis, ô Rex, libera
re. Quos cum eriperet, & incolumes in medio
astuantis incendijs seruaret, ludentes psalmis
glorificabant Deum. Insuper Deus nos dolori
bus,

No. 9.

Dan. 3.

C O N C I O . I.

83

2.Cor.12.

Tob.12.

2.Cor.12.

Ecol.10.

Genes.

Iob.

bus, & flagellis solet afficere, ut ipse preueniat
culpa. Vnde Paulus, Ne magnitudo reuelatio-
num extollat me, datus est mihi Angelus Sata-
nx, &c. Quas etiam tribulationes, & angustias
nobis accidere Deus permittit, ut probet nos,
nunquid impulsibus, & temptationibus succum-
bamus. Vnde Angelus Raphel dixit Tobi: Quia
acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio pro-
bare te. Proinde regius psaltes alloquitur Do-
minus dicens: Proba me Deus, & tenta me, vre-
renes meos, & cor meum. Ad haec permittit Deus *Psalms.26.*
ut mala, & infortunia nobis eueniant, ut vir-
tus iusti manifestetur, & ab omnibus cognosca-
tur. Sic legimus factum cum Abraham Patriar-
cha, probas eum, dum suum vnigenitum Isaac
ut immolare, praecepit illi. Patientissimum quo-
que Iob tot laboribus, æruntis, & vlcere pessi-
mo afflixit, & tentauit. Eademque nobis accidisse
vult piissimus Deus, ut suæ perennis gloriæ au-
gmentum, & incremetum gratiæ nobis super-
ueniat, ut cernimus in Apostolo qui dicit: Libe-
ter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabi-
tet in me virtus Christi. Hoc ita quamvis sig-
quod plerunque hisce, & similibus ærumnis
suos visitat, & pro alijs sibi occultis iudicijs:
nunquam tamē regnum aliquod Deus euertit, aut
populum quendam in seruitutem redigit, &
captiuitatem, quam pro sceleribus & nefandis
criminib. Proinde scriptura ait: Regnum agete
in gentem transfertur propter iniusticias, & in
iurias, & contumelias, & diuersos dolos. Cū
in diebus Noe Deus euertit, & dissipauit uni-
uersum, nonne pro sceleribus hominum? Vnde
sacra scriptura inquit: Videns Deus quod
multa malitia hominum esset in terra, & cun-

I N P S A L . CXXXVI.

Ita cogitatio cordis, intenta esset ad malum omni tempore &c. Delebo, inquit, hominem, quem

Gen. 16. creauit a facie terre. Et antequam plueret Dominus sulphur, & ignem super Sodomam, & Gomor-

Gen. 18. rham, dixit Abrahæ. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorū multiplicatus est, quod peccatum eorum aggrauatum est nimis. Non secus in ciuitate Niniue fecit, quam noluit dissipare, quin prius ostenderet quod propter scelera eorum foret euertenda: ob idque dixit Dominus Ionæ. Surge, & vade in Niniuem ciuitatem grandem: & prædictum esset: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Igitur propter scelera distruit ciuitates Deus: & eius habitatores in seruitutem redigit. Atque etiam ciuitatem

Hierusalé voluit Deus euertere per manus Regis Babylonis, & Chaldeorum: ut filii Israel in miseram captiuitatem traherentur. Bonum quidem nobis erit in alieno capite exemplum sumere. Namque res nostra agitur, paries cum proximus ardet. Formidemus ergo Dei iudicia, & fugiamus peccatum: ne nobis eueniat quod Hebreis accidit: quos rigidè Deus puniuit. Nam

Rom. 15. ut Apostolus ait: Omnia que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Voluit enim Deus ut hoc exemplum scriberetur, ut attendemus, & vitæ correctionem adhiberemus, & eius abdita, & minantia horreamus iudicia, & pie viuamus. Cum Deus occidit ducentos illos, & quinquaginta viros incensum offeren-

Num. 6. tes, tunc locutus est Dominus ad Moysen dicentes: Præcipe Eleazarō filio Aaron sacerdoti, ut tollat thuribula, quæ iacent in incendio, producat que ea in laminas & affigat altari. Tulit ergo

Elea-

C O N C I O . I.

84

Eleazar sacerdos thuribula quæna, in quibus ob-
tulerat hi, quos incendiū deuorauit: & produ-
xit ea in laminas affigens altari: ut haberent po-
ste à filij Israel, quibus commoneretur, ne quis
accedat alienigena , & qui non est de semine
Aaron ad offerendum incēsum Domino, ne pa-
tiatur sicut passus est Core, & omnis congrega-
tiō eius. Ex hac historia planè constat, quòd De-
us vult ut sua minitantia horreamus supplicia,
& præ oculis semper habeamus quæ alijs eue-
nerūt mala, ut piè sobriè , & secundum ratio-
nem viuamus, ne fortè quòd alijs accidit, in no-
bis exerceatur.

Ad hęc, quæ Deus fecit erga populum suum
terribilia Dei iudicia prouidè fugiamus . Nec
eius duntaxat supplicia nostre reant, sed & mi-
rabilia nimis & abscōdita perterreant iudicia.
Aspice populum Israel, populum dilectū, & il-
lecebris educatū, in sublimi throno munificen-
tię Dei exaltatum. Et captiuum illum , ploran-
tem, & in seruitutem miseram redactum , sub
pedibusque Caldęorum, idololatrarum, & bar-
baricæ prolis: Et quomodo facta est sub tribu-
to domina gentium? Sunt etenim terribilia Dei
iudicia, quæ horrere oportet. Vnde regius Da-
uid in Psalmo ait: Cōgregās sicut in utre aquas
maris, & ponens in thesauris abyssos. Quid si-
bi vult, quod ponit Deus in thesauris abyssos?
Namque congruentius dictum videretur , si cō-
trà assumeret dicens: Ponēs in abyssis thesauros
siquidē in spelūcis, & rossis solēt abscondi the-
sauri. Illud tamē difficile est intellectu. Quam
dicis abyssum? Ipsemēt regius Propheta alibi
se explicat in Psalmo dicens, Dominum allocu-
tus. Iudicia tua abyssus multa. Hęc Dei iudicia
quæ

Thren. i.

Psal. 32.

Psal. 35.

IN P S A L . CXXXVI.

que sunt quasi abyssus multa, posuit Deus in re-
ceptaculo thesauri sui. Dicito mihi, bone Deus:
Nunquid haec mundi machina dicetur thesa-
ri tui? Receptaculum siquidem bonis tuis ple-
Psal. 103. num est. Vnde David in Psalmo inquit: Imple-
ta est terra possessione tua. Igitur domus, tui
thesauri dicetur? nequaquam dicetur. Namque
equile regis plenum cum sit bonis regis, ob id
tamen non dicitur domus thesauri Regis. Pre-
tiosissimum Dei thesaurum secum ipse gestat Deus,
& ubique Deus est, ibi & thesaurus eius est,
& Deus cum ipso: nam idem sunt. Et ita cum ait
Psalista: Ponens in thesauris abyssos: hoc si-
bi vult, quod in se, & sibi soli duntaxat sua iu-
dicia seruat: namque Dei iudicia in ipso sunt:
Cur nam parvulus dum nascitur, statim mori-
tur, & senex centum & viginti annos vixit? ut
hic Rex, ille vero seruus & humilis? Quamob-
rem antequam boni, aut mali quicquam egisset
Mal. 1. ait Dominus: Iacob dilexi, & Esau odio habui?
Et tandem quod populus Israel modo in miser-
am seruitutem sit redactus, & oppressus? Quid
nam respondebitur, nisi quia abdita nimis, &
1. Cor. 16. inscrutabilia Dei iudicia sunt? Qui stat (ait Ap-
ostolus) videat, ne cadat. Vnusquisque pertimes-
cat, & suae salutis rationem habeat: siquidem
quis illum maneat exitus, prorsus ignorat, aut
quod tendat, nescit omnino. Haud tamen ullus
glorietur se Deum offendisse, nec deinceps audet
illum offendere. Nam ubi peccamina vigent
Dei aufertur charitas: & cum eis agetur, quod
factum est cum populo Hebreorum, quem, quia
Deum offendit, quamuis a sanctissimis Abraham
Isaac, & Jacob Patriarchis descendisset, cum De-
us puniuit, & in miseram seruitutem redigit,
& in

& in potestatem inimicorum tradidit eum. Igitur in tam miserabili, & dura nimis seruitute positi, instar illius grauissime captiuitatis, quam patres sui in diebus Pharaonis, & Moysi recordati patriæ suæ, & ille crebrarum, quibus enutriti fuere, insuper & pristinę libertatis, qua de ambulauerant, prouoluti, & iuxta torrentem fluuiorum Babylonis proni iacentes, & lacrimis in maxillis eorum, cordibus suis in Deum locatis, & in templum Hierusalem, & in domum Sion verbis ludentes amaris singultibus, & suspirijs crebris adiunctis, psallebant.

Exo. 1.

Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, &c. Namq: ciuitas Babylon, & ei adjacentia loca obfessa quippe erant, & ornata maximis fluuiorum torrentibus peculiariter geminis, qui de paradiſo exeunt, nimirum Tigri, & Euphrate. Lamentabantur autem iuxta haec flumina. Ibi namque conspicuè, & oculatius typum suæ miseræ seruitutis cernebant. Nam quæ admodum duo illa flumina, quæ à paradiſo voluptatis exhibant, ut potè dulcia, nimis commixta tamen cum aquis Babylonis amaris suū pristinum nomen amittebant, & confundebantur: Haud aliter illi considerabant quod populus Isracliticus, & domus Iacob, quæ ortum habuerat à sanctissimis Abrahā, Isaac, & Iacob, Patriarchis, tamquam à quodam paradiſo, quæ Babylonem ingressa utique confundebatur, & honorificum encomium Israel perdidera, inuoluta idololatrarum Babylonis abominationibus, & amaritudinibus. Quæ omnia mente, & animo recolentes impulsi lacrymas fundebant oculis, quibus depictam suam duram nimis, & acerbā captiuitatem, & aduersam fortunam cernebant.

Gen. 2.

Quod

IN PSAL. CXXXVI.

Quod si hi omnes labores, breues foret, & citè
transituri, tolerari utique ea captiuitas posset,
& aliquiliter moderamine &c, æquanimitate
ferri: sed istam eò miseram captiuitatem prolo-
gari videntes, nec suæ pristinæ libertatis nego-
tium tractari, hoc ipsum eos magis ac magis a-
gebat. cuius quidem rei statum cernentes, & se
ipsos nō tamquam viatores, & peregrinos, sed
potius quasi colonos, & diu permanuros, con-
siderantes (non enim stantes, & quasi ille; qui
pertransit) veruntamen sedentes, & ibi perma-
nentes dicebant:

Super flumina Babylonis: illic sedimus, & fle-
uimus, &c.)

Modò videre licet ut in hac patria nimis fo-
cunda, duobus egregijs obfessa fluminibus, il-
lecebris, & vberatibus plena, Babylonis ciui-
tatem magnam colebant, gens perfida, volup-
tuosa, abominationibus, & idolis seruiens. Mi-
rabile quidem est, ut maximus Deus hæc tem-
poralia, & caduca propè semper inquis, & scè-
lestis nimirum impertit: parce autem, & strictè
probis, pieque viuentibus erogat: & secundum
modicam mensurā suggerit, & illud abiecius:
Sodomitis, & Gomorrhæis dedit Dominus ter-
ram nimirum fertilē, & adeò virentē, & vberate
scatentem, ut scriptura comparet eam paradi-
so voluptatis. Eleuatisque Loth oculis, videns
omnē circa Regionem Iordanis, quæ vniuersa
irrigabatur, antequā subuerteret Dominus So-
domā, & Gomorrhām, sicut paradisus Domini.
At populo suo datus habitationem, & terrā;
quā colant, montibus septam, campestrē, flumi-
num indigam, & aqua desertā tradit. Unde Do-
minus: Terra, ad quā ingredieris possidenda;

Gen. 13.

At populo suo datus habitationem, & terrā;
quā colant, montibus septam, campestrē, flumi-
num indigam, & aqua desertā tradit. Unde Do-
minus: Terra, ad quā ingredieris possidenda;

Gen.

C O N C I O . I.

86

non est sicut terra Aegypti, de qua existi vbi iacto
femine, in hortorum morem, aquæ ducuntur
irriguæ: sed mōtuosa est, & cœpœstris è cœlo
expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus
sempèr inuisit. Non inuideatis, ò Christiani,
his, qui in hoc seculo fœlicem terram colunt,
nec eis, quos Deus huius sæculi prædia abundè
suggessit, & Babylonis fluminib⁹ oblectat: nā
cūm hi nequam sint, & nefarij homines, malū
signum quippe est bonis eos satiari terrenis, &
opulenter ditari. Et proindè inventuro sæculo
dira eos manent supplicia. Regius ille Psaltes
aliqualiter molestè, grauiterque tulit, & se af-
fixit, videns fœlices peccatorū euentus in ob-
tinendis huius sæculi opibus: insuper & iusto-
rū afflictionē, & miseram seruitutem. Quā bo-
nus Israel Deus. Pedes mei penè moti sunt, pacé
peccatorū videns. Pacem, id est, quod ad libitū
& secundum animi desiderium omnia illis eue-
niunt. Nihil omnino eos molestat, non pauper-
tas, infamia, non ægritudo, non dolor, nō tristi-
tia, &c. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in
sæculo obtinuerunt diuitias. Et alibi peculiari-
ter, & quadam serie eorum prósperitatē enar-
rat: Quorum filij sicut nouellæ plantationes in
iuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circum
ornatæ ad similitudinē templi. Promptuaria eo
rum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eo
rum foetosæ abundates in gregibus suis. Non
est ruina maceriar̃, neque transitus, neq; clamor
in plateis eorum. Beatū dixerunt populum, cui
hæc sunt. Quibus tamen non inuidere licet, nā
que mercedem in hoc sæculo Deus reddit eis,
vt ab eis beatitudinem tollat. D. Augustinus in
Psal. 22. in illum versiculum: In labore hominū

Psal. 37.

Psal. 143.

non

IN PSAL. CXXXVI.

non sunt: inquit, quod mali sunt quasi iuuenci,
& boues pascentes virentia prata, & ad libitū,
vndique errantes: & lautè ventri indulgentes,
vt sic impinguati, in locum occisiōis tripudian-
tes, & inuicē ludentes ducantur. Sic tu in volup-
tatib⁹ enutritus, impinguatus, & dilatatus, let⁹,
& incrassatus, pergis in Infernum: ad hoc enim
tam lautè, & opiparè viuis. Vnde Psalmogra-
phus ait: Vidi impium superexaltatum, &cet.
Namque si peccator certus esset, bona, quæ illi
Deus suggessit, præmium suæ vitæ futura, aut
alicuius boni operis stipendium, nec deinceps
aliam beatitudinem se adeptum, vtique me-
dius creparet, videns se priuatum tam egregio-
tamque mirifico fine, ad quem fuit creatus, pro-
viliissimo, & abiecto huius sœculi stipendio. Nō
illis inuideatis, nec eorum Babylonis flumina
appetatis, vel eorum felicitates, aut nimium
secundos euentus. Ipsí viderint. Tandem, flumi-
na sunt, quæ continuo fluunt, nec bona sunt sta-
bilia, aut firma sed potius caduca & inania. D.
Augustinus super psalmum: Flumina Babylo-
nis (inquit) sunt omnia, quæ hic amantur, & trā-
seunt, quia transit mundus, & concupiscentia
eius. Cum diu permanent, hoc est, ad obitum
vsque possidentis, eodemque deficiente, om-
nia deficiunt, & ruunt: Ita Deus per Esaiam: Cla-
ma. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & om-
nis gloria eius sicut flos agri. Exiccatum est fœ-
num, &c. Per contamini principes, & huius
sœculi primates vbinam sua regna sunt? V-
bi pulchritudo? quoniam Salomonis diuitiae,
& eius voluptates, quantum permanserūt quæ
rite? Et Cæsaris Augusti imperium quantum
viguit? Insuper & Tiberij, Commodi, & He-
lio-

C O N C I O . I.

87

liogabali execranda vitia durauerunt; Erant
 quippe hæc omnia Babylōis flumina, quæ sunt
 in cōtinuo fluxu & motu. Ideo amici Dei quorū
 animus, & fœlicitas nō in fluminibus Babylo-
 nis sita est, sed in ciuitate Hierusalem, modo su-
 per flumina Babylonis sunt. Non in medio eo-
 rum, nec in profundo submersi, vt August. ait,
 sed super flumina. Nam qui in medio fluminis
 iacet, aut subitus flumine vrinatur, suæ salutis
 iacturam patitur: at qui super flumina iacet, in
 columis sanè est. Fluebant aquæ Babylonis per
 profundissimas conualles, & in summo illius
 excelsæ rupis iacebant filij Israel cōsiderantes
 vti fluebant, & laberentur aquæ: quibus non i-
 ta magna fluentia videbantur, cùm in summo
 vertice montis federent. Locus enim excelsus
 est in causa, vt quod magnum est, paruum &
 humile videatur, vt experientia liquet. Si cacu-
 mina excelsæ turris petas, videbitur tibi & cen-
 sebis hominem, quasi formicam, & arborem a-
 rundinem esse iudicabis. Ita his, qui infixi sunt
 & in medio fluētū bonorum huius sæculi cō-
 stituti, magnum quid eis videtur, & quasi quæ-
 dā beatitudo hæc terrena censem. Cæterū qui-
 b° illis prædominātur, & supersunt, tamquā ni-
 hilum reputantur omnia. Dei Apostolus, cuius
 cōuersatio in cœlis erat, in excelsum elatus di-
 cebat: Omnia arbitratus sū, vt stercore: & Psal-
 tes Dauid: Filij hominum, vsque quo graui cor-
 de, vt quid diligitis vanitatē, & quæratis men-
 dacium? Fallunt quippe eadem possidētes, quæ
 promittentes satietatem, requiem, & perenne
 gaudium, non suggerunt. Quare quæ sursum
 sunt, non quæratis, & nō quæ super terrā? Ut qd
 diligitis vanitatem? Numquid bonum ex vani-

*Phi. 3.**Psal. 4.**Col. 3.*

IN P S A L . CXXXVI.

+
tate expectatis? Quis ex tenebris lumen, traheti
& aurum à nubibus petet, aut vitam ex morte? Non
autem ex Sole lumen, ex cauernis aurum, sive à
Deo vitam exhaustiet? Et quæritis mendacium.
Mendax est arbor, quæ gratum fructum datura,
solum folia germinat. Mendax est ficalnea, aut
vinea, quæ pro fructibus, tribulos germinat.
Mendax est iaculator qui, collimare semper se au-
tumans, longè errat, nec scopum attingit: Sic se
habent huius saeculi prædia & cuncta eius bo-
na. Igitur super flumina stare debemus, omni-
bus terrigenis prædominantes rebus. Omni-
bus tamen bonis, quæ honoribꝫ, seu valetudini præ-
dominantes. Nam cū in quolibet horum offendia
mus Deum, flumina tunc nobis supersunt. Nō sic
sed super flumina, ut omnia corruunt, pereunt,
& in continuo fluxu sunt, considerantes. Aduer-
tendum tamen est, quod nō dicit, q̄ illi conside-
rabant flumina, quamvis super ipsa erant: nam
forte periclitabantur ut exinde ruere possent.
Namq; in loco excelfo cum essent, & supra ru-
pem sedentes, si crebro versus flumina aspice-
rent, euangelicerent quidem, & inde præcipita-
rentur. Quandoq; tamen considerabant, & for-
san nō poterat præ lacrymis, quæ ab oculis flu-
bant, & quasi riuuli emanabant. Periculoseum
quippe est in hac lutulenta prædia oculos fige-
re: nisi lacrymis, & singultibus videantur. Na-
uigantibus per mare, in quo fertur Sirenas va-
gari, ne forsan earum dulcissimæ vocis har-
monia audiatur (fieri namque posset ut illi,
absorpti, & soporati in mare precipitarentur)
hoc duntaxat remedij reliquum est eis, aures
obturare, adeò ut nihil prorius percipient sua
uissimi cantus. Qui aliquid si audierint, illud
sit in

sit in confuso, nec dulci admodum Sirenarū re-
 sonet harmonia. Sic vos, ne profūdissima Baby-
 lonis flumina audē aut serio occultetis nimis:
 seducēt. n. vos, & sic dilapsi in profundum Tar-
 tari ducemini, & traducti præcipitabimini. I-
 deo admonet Salomō: Ne intuearis vinū, quādo
 flauescit, & cūm splēduerit color eius in vitro.
 Ingreditur blandē, sed in nouissimo mordebit
 vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.
 Quod sapiēs hic dixit: Ne intuearis: Regi⁹ Psal-
 tes, de bonis, & terrenis diuitijs subiunxit di-
 cens. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere.
 Ne fortē subdolus ille & fucatus voluptatis co-
 lor vos fallat, Namque si eadem te affectare de-
 monstres, prorsus cuarteris. Vnde Paulus: Qui
 volunt diuities fieri, incidunt in laqueum, &
 in tentationem Diaboli. Nunquid opes desi-
 derare, est in laqueum hostis incidere? Ig-
 tur omnes sunt labefactati? Non vtique quili-
 bet aspect⁹ sufficit, vt euaneat caput & in flu-
 minibus Babylonis præcipiteris: sed quēdam
 quasi assidua & fixa spectatio, crēbra & quasi ab-
 sorpta speculatio. Ideo Propheta: Nolite cor
 apponere. Quādam exspectatio, quæ rationis fi-
 nes non trāscendat, nec legis præcepta, nō qui-
 dem submergit hominē, nec in manus incidi-
 hostis: sed quidam firmus horum bonorum ef-
 frēnis, & immoderatus affectus, & quasi quod-
 dam centrum, & animę nostrę beatitudo forēt,
 hēc appretere, hoc valde notium, & tetrū est.
 Diues ille qui decidentia de mensa Lazaro
 mendico negavit, in Inferno sepultus iacet: O
 Babylonis numina, aspectu quamvis grata;
 & amēna, hoc iuia tamen visui! Oflumina, affe-
 ctui quāuis inēuda; ipsi tamēn periculosa! Quoē

Pron. 23.

Psal. 81.

1. Tim. 6.

Lne. 18:

I N P S A L . C X X X V I .

in vobis, quantique perierunt? Oflumina, quan-
tis cordis affectum abstulisti? ut potè fingentes
quod esset in vobis vera amænitas, vera pulch-
ritudo, requies nō ficta, aura salubris, umbro-
sa nemorum loca, vanitas, & reliqua. Hæc om-
nia postquam consecuta fuerint quid indè? Do-
lor, confusio, pœnitudo, mætitia & fletus ema-

Rom. 6. nant. Vnde Paulus: Quem fructum habuisti ex
his, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illo
rum mors est. Nam quid regium Dauid labefac-
tauit, & funditus euertit, & lacrymis & suspi-
rijs Psalmo illo ludere fecit: Miserere mei De-

Psal. 50. us? Quidnam: Lauabo per singulas noctes lectū

Psal. 6. meum: & lacrymis meis stratum meum rigabo;

vt diceret? Quidnam: Afflictus sum, & humilia-

Psal. 37. tus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei:

vt cantaret? Quidnam: Tota die cōtristatus ingre-

Psal. 40. diebar: vt promeret? Quidnam: Miserere mei, quo-
niā infirmus sum, sana animam meā, quia pec-
caui tibi: vt luderet? Quidnam huius rei in cau-

2. Reg. 11. sa fuit, quām quēdam flumina, quæ oculatiūs
inspexit, quām par erat: & in ipsis quādam vi-
dit figuram, quæ si speciosa, attamen vana, perni-

Pro. 31. ciosa, & valde nocua? Fallax gratia, & vana est
pulchritudo. Dum considerauit Bersabee, mox
corruit & inundatus est. Quid quondam Euā à

Gen. 3. suo fœlicissimo vt rueret itatu fecit? auidus ma-
li aspectus. Vedit mulier, quod bonum esset li-
gnum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspe-
ctuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & co-
medit. Vtiq; euentum si consideraslet, non pul-
chrum illi videretur. Quæ fœminæ pulchritu-
do, quām optima dispositio, & mira species? ait
infanus. Væ tibi delire, qui extera solum con-
deras, dulcedine&fucatum aspicis colorē, suc-
cessum

C O N C I O . I.

89

cessum verò mortē, & calamitatem, non confideras. Babylonis flumina secundum exteram similitudinem solum conspicis, eius nēpē riū los susurrantibus labētes aquis, amēna quippe loca, & ridentia prata vndique nemoribus sep ta, varijsque vallata arboribus, & vlmis, & nidiſcantium in eis auium cantus: non tamen eius pericula, nimiam profunditatem, captio ſas eiusdem foueas, naufragia, & varias fluctua tiones. Hęc tamē peccatorib⁹ relinquite: quib⁹ duntaxat ſunt contenti. Nos verò haud oculos noſtros in Babylonis fluminibus locemus: ſed potius in Sion transferamus: & mente euoluamus illam ciuitatem Sion, & illum gratiæ statū, quem amifimus, & acerbam nimis, duramque Babylonis captiuitatem plangamus, & miserā hostis feruitutem, & infoelicem noxæ doleamus ſtatū, noſtramque ſortem ploremus, at que vicē: recordantes Siō. Praecepereat Deus ſibi turturē offerri, & inter cæteros, quib⁹ offereba tur, ritus, vnuſ quippe erat, vt collum eius tor queretur, ita vt caput eius tergū versus respiceret. Ita quidē vt nos faciam⁹ vult ipſe De⁹. Quod tergū versus respiciamus, & vitæ, quā amifimus olim propter peccatū, recordemur, & ciuitatē Hierusalem aſpiciamus. Insuper & miserā feruitutem, & hostis captiuitatem conſideremus. Hoc ipsum Deus poſcebat alloquens Ephesi ciuitatis Episcopū. Habeo aduerſum te pauca: eo Apoc. 2. q̄ charitatē primā dereliquisti. Memor esto vnde excideris, & prima opera fac. Hoc ipsū fecit Luc. 15. Prodigus filius, & parentis ſui pristinam domū mente reuoluēs, & animo ſimul, & lautā vi tā, & quibus enutriebatur apibus, recordatus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei

L e u . i .

IN P S A L . CXXXVI.

Eze. 3x.
sunt &c. Sic Dixit Ezechias rex: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sic & nos recordemur illius Hierusalem, quam perdidimus, ac de misera seruitute Babylonis, & confusionem peccatorū, in quibus prouoluti sumus, plangamus: omnemq; adhibeamus operam, vt in illam pristinam libertatem redeamus, amare crima nostra, velut isti flentes: & veram compunctionem, & dolorem habeamus, vt illa perennia gaudia obtineamus. Amen.

C O N C I O . II.

In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra.

DVM probus ac magnanimus quisque milles per longum temporis cursum in rebus militaribus se exercuit, fortiter, ac viriliter pugnando: interim dū exosa senectus accedit, post innumeros casus, variosque militiæ euentus, fere enervatus viribus, & propemodum truncatis manibus & omnino debilis, atque ad hoc militiæ munus exercendum inhabilis, arma fit domi, iam valedicens eis. Hoc ipsum forte illum Antenorē fecisse legimus, de quo Virgilius primo Aeneidos:

*Hic tamen ille urbem Patavii, sedesq; locauit
Teucrorum: & genti nomen dedit, armag; fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.*

Postquam Antenor ille Patavij condidit urbem, atque sedes Troianis dedit, iam penè defessus & assiduo militiæ labore cōsternatus, sua fixit

C O N C I O . II.

90

fixit & arma. Aut verò quasi quedam speciosa
fœmina, quæ dū iuuenilis permiserat ætas, aut
coniugalis sedes concesserat, varietatibus in-
duta, & monilibus ornata incedebat. Verum cū
molesta, ac inimica senectus adēst, eiusque pul-
chritudinem tollit, aut fortè coniuge orbata
remāsit: tunc omnibus se expoliat sericis vesti-
bus, monilibusque exuit, & in thecis reponit,
& quasi eorū iam semper oblita, mox sempiter-
num vale eis dicit. Non secus filij Israel in atrā
Babylonis seruitutem redacti: postquam in sua
patria in templo Dei cecinere dulciter hymnos
in lætitia, iucunditate, & exultatione, nunc ve-
rò oppressi, & miseram captiuitatem ducen-
tes, vbi nec tempus, nec duxa seruitus lætitiae
suggerit tempus, vt suæ calamitatis, & mæsti-
tiae dolorem ostendant, nunc musices instrumē-
ta, siue organa quæ à patria sua petierant, vt nō
nihil tam acerbę seruitutis, & doloris subleua-
rent, atque anxietatem coercerent, & pau-
xillum mæstiam sedarent, salicibus afni-
xere. Verū ipſi cùm cernerent suam tristi-
tiam indies augeri, propterea quod Babylonij
eos in strictiorem seruitutem subiugassent, qui
bus (vt aiūt) vt caput scalperent, aut prorsus re-
spirarēt, nec tempus concedebant, nedum vt
organæ temperarent, & fidibus canerēt, ipſi ve-
lut qui omnem iucunditatem, & solatium excu-
tit, & prorsus deuiat à ſe, & quaſi qui vltimum
vale ſuis delicijs, atq; illecebris, dicit, ſalicib;
ſua organa, citharas, & psalteria, ſimul & lætitia
figunt. Ideo Ieremias in ſua precatioне dixit:
Defecit gaudium cordis nostri, versus est in
luctum chorus noster. En vltimus gaudiорum,
& huius ſæculi deliciarum finis, & eorum,

IN PSAL. CXXXVI.

quæ illicitè possidentur, meta. Ea quippe sunt,

Pion. 14. dolor, & acerbitas nimia. Extrema gaudij luctus occupat. Aequè Deus captiuatū punit peccatorem, dum prorsus omni gaudio & lætitia eum priuat: & quæ natura sua iucunditatem afferre videntur, illinon afferant, nec nati, nec vxor, nec socij, aut amici, nec res familiaris, aut organa prorsus eum iucudent.

Omnis quidem moestitia adiacet peccato. Nā quendam suæ depravatæ conscientiæ tortorem illis Deus dat, nec prorsus aliquod iucunditatis vestigium; sed quod tympana, psalteria atque organa fixa habeant, illis reliquum est. Omnis denique lætitiae spe dimissa, vitam miseram degentes, instar peregrinantium, & eoru qui velut noctuæ atram diligunt noctem, noctuæ que incedunt, iudicis fugientes atq; horrentes aspergium. Ut iste iniquitatis ostendatur effectus, & noxæ, quā peperit, fragilitatem significemus. Postquam ille impius Cain odio cœpit habere fratrem suum Abel, quædam illum mæsti tia grauior ipsa nocte circumdedit, & magis atra obsevit illum: quam probè Deus conspicens, dixit

Gen. 4. ei: Quare concidit facies tua? & mox, cū homocidij noxam contraxit, statim debitā criminis poenam indidit illi, atque adiecit: & sic miser ille locutus est, dicens: Ecce proiçis me à facie tua, abscondar, & ero vagus, & profugus super terram. Omnis qui inuenerit me, occidet me. Huiusmodi lætitia poterit peccatori esse. Egregiè Salomon & propè diuinè nobis depinxit, quām sint aliena, eademque fixa habeat peccator, vt potè iucunditatem, & lætitiam, & longè distant ab eis, quæ huiusmodi afferre videntur. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos

C O N C I O . I.

97

sos arborum ramos auium sonus suavis , aut
vis aquæ decurrentis nimium , aut sonus vali-
dus præcipitatarum petrarum , aut luden-
tium animalium cursus inuisus , aut mugi-
entium valida bestiarum vox , aut resonans
de altissimis montibus Echo , deficientes fa-
ciebant illos prætimore . Hæc omnia loco in-
cuditatis pariunt dolorē & sempiternam mestis-
tiam . Sic isti miseri captiuī fidibus & organis
lusuri ut dolorem suum sedarent , hec omnia
suspendūt , & figūt salicibus . Omnis quippe le-
titia captiuī interdicta est , his , qui in dura Ba-
bylonis captiuitatem sunt abducti , & ab aliena-
ti ab urbe Sion . Cū Raphael Angelus Tobiā sa- Tob. 5.
lutasset , dicens : Gaudiū tibi sit semper . Ille res-
pondit : Quale gaudium mihi erit , qui in tene-
bris sedeo , & lumen cœli non video ? Dum ani-
ma nostra profuga ab illa suprema Hierusalem
abest , quæ est paradiſi gloria in tenebris & in
umbra mortis sedēs , quale gaudiū , quæ iucūdi-
tas illi poterit esse ? Vbi namq; ille splēdor , ille
Sol iustitiae non adest , quid reliquum est , quām
quod tenebre horror , tristitia occupet , & cala-
mitas ? Nam sicut omniū bonorum maximū est ,
Deum habere ; sic & malorum , Deo carere , & in
peccati captiuitatem redactum esse , maximum
est . Ille nequissimus Michas plorabat : à quo Iud. 18.
cū milites quidam de tribu Dan , cur plora-
ret , quidve ipse vellet , inquirerent , ille res-
pondit : Deos meos , quos mihi feci , tulisti : & di-
citis , qd tibi est ? Quāto magis plorare debet , ac
dolere anima nostra suo sponso videns se orba-
tam ? Noli latari Israel , noli exultare , sicut po- Osee. 9.
puli : qui fornicatus es à Deo tuo : ait Dominus
per Oseam . Nam sicut fœmina viro orbata ,

M. 5

quæ

IN PSAL CXXXVI.

quæ vidua & omni viri præsidio destituta cū
sit, omnes aduersus eam insurgunt : ita contra
animam nostram, cùm à Deo deserta, & pro-
fus relictæ est, omnes insurgunt: dæmones il-
lam pessundant, & creaturæ aliae vilipendunt.

Psal. 70. Vndè regius David in psalmo: Quia dixerunt
inimici mei mihi: & qui custodiebant animam
meam, consilium fecerunt in vnum, dicentes:
Deus dereliquit eum: persequimini, & compre-
hendite eum, quia non est, qui eripiat. Anima
iusti est velut ciuitas turribus obsessa, & pro-
bemunita. Quæ mox vt discedit, & separatur à
Deo, omnino labefactata, pariterque euersa,
misera & varijs iictibus subiecta est. Vndè Do-

Esa. 1. minus per Esaiam: Et derelinquetur filia Sion
vmbraculum in vinea, sicut tugurium in cucu-

Cœn. 4. merario: & sicut ciuitas, quæ yaſtatur. Antea iu-
stus, hortus conclusus erat, deindè fons signa-
tus: nunc verò sepibus, parietibusque euersis,
& solo æquatis ab hostibus compilata, eam
vindemiant, & expoliant. Eodem modo cùm se
nostra viderit anima, quale gaudium illi esse
poterit? Mox atque peccauit Amnon cum Tha-

2. Reg. 13. mar statim maximus illum tenuit dolor, quod
tunc maiori odio prosecutus est, & maximè
exosam eam habuit, quam anteà amauerat.

Roms. 6. Vndè Paulus: Quem fructum habetis ex his,
in quibus nunc erubescitis? finis illorum mors.
Et finis omnium huius sæculi rerum. En vobis
miseri, effrænatæ concupiscentiæ, & affectuum
petulantia vestrorum, & acerbos libidinis exi-
tus. Cedat omnis harmonia dulcis, cedat psal-
modia, iucunditas, lætitia, & vniuersum gau-
dium in anima peccatoris, & iniqui. Ploret, v-
ulgat, nec dulciter psallat, & sic in salicib⁹ Ba-
bylo-

C O N C I O . II.

93

bylónis figat organa, citharas & psalteria.

In salicibus, in medio eius, suspendimus organa nostra.) Indicat tibi magnam ibi fuisse salicūm copiam: quæ iuxta flumina solent in locis humidiōribus libenter & sua sponte nasci: quemadmodū ē contrario Myricæ in locis arētibus. Quamuis iuxta litora fluminū solēt aliæ arboreas pastinari, quæ varia mala germinant, sed iuxta hæc flumina non aliud, quām salices indicat esse. Non mala punica, non palme, non mala Persica, non Cydonium, aut Citriūm, non Syricum, non Amygdala, seu Cerasa, quibus sua possent organa figere, ibi erant. Non aliud quidem, quām salices videoas. Num Babylonias arboreas, quā salices germinare potest? Salices quippe sunt steriles, & infructuosæ quædam arboreas, aspectu iucundæ, visu delectabiles, & eorum amoenitas inuitat, animosq; trahit: fructum autem eorum si requiras, nō inuenies. Omnia, quæ sub cælo sunt, vanitas, & quasi quoddam simulacrum, & velut vmbra, quæ dum apprehenditur, fugit. Omne, quod est in mundo, concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, aut superbia vītē. Postquam mūdani carnis suæ affectus compleuere, sibi imponentes, omnia quasi salicūm vmbras inuenēre, & hoc modo seducti in inferno clamāt, dicentes: Quid profuit nobis superbia? & diuitiarū iactātia quid contulit nobis? Transferūt omnia illa, tanquā vmbra & tanquā nuncius præcurrēns. Omnia (inquit) velut vmbra fuerunt, quæ extiuantibus nonnihil animūm refocillāt, atq; recreant: verū dum fame perit, brachium extēdēs, nihil omnino inuenit ad vescendū. Vmbra est quasi veritatis effigies, & typ⁹ rei præsentis:

verum

I. 10. 2.

Sep. 17.

IN PSAL. CXXXVI.

verum neq; opaca, nec moles aliqua est: Huius
sæculi bona, dum affectum iucundant, sunt ve-
l ut quædam similitudo perennium gaudiorū:
& sic apud sacram scripturam significantur hec
humana, & fragilia. Verū hæc postquā degusta-
tur, nihil fructus, nihil emolumenti, nihil om-
nino satietatis percipias. Sūr enim velut salices
virides & vmbrosæ, aspectu iucundæ: in fructuo
sæ tamen. Num quempiam vidistis adhuc arbo-
rum vmbra satiari? Nōne vobis videretur insa-
nia, si quispiā famelicus, & estuans recubās sub
tegmine arbusti, & capiens pugillos vmbrae,
in os suum intruderet, sic volens famem sedar-
re sitimq; extinguere? Quæ major demētia? O
miseri & nequam peccatores, qui ex infoecun-
dis arboribus Babylonis vestra desideria vul-
tis, & affectus satiare! O hominū insania! O sæ-
culū impurū, & labefactatū! in quo nihil inue-
nies, quam opulentas salices, at infoecundas.
Surgant omnes, qui iacēt in sepulchris, Princi-
pes, & Monarchæ, & omnes, sæculi primates,
qui iam transferunt: & nuncient nobis, num iu-
cunditate absque mæstitia potiti fuerint? Num
voluptatem absque dolore inuenerint? Bonū
sine calamitate? Solatium absque tribulatione,
& angustia, num degustauerint? Denique præ-
dia, quæ veram animi quietem eis attulerint,
nunquid habuerint? Omnes quidem yna voce

Eccel. 2. negabūt. Vnde Salomō: Magnificaui opera mea
(inquit) ædificaui mihi domos, & plantauai vi-
neas, feci hortos & pomæria, & conseui, &c. Et
cùm me cōuertisssem ad omnia quæ fecerūt ma-
nus meq; & ad labores, in quib⁹ frustra sudaue-
ram, vidi in omnibus vanitatē & afflictionē ani-
mi, & nihil permanere sub Sole. Nō sunt in Ba-
bylo-

C O N C I O . I.

93

bylone nisi salices, nec in hoc sæculo aliud, q
vanitates & lutulēta prædia. Satietas autē ple-
na & fruct⁹, qui stomachū animæ reficit, in Deo
est. Noli extra vagari, velut coruus extra arcā
Noe, quod est refugium Dei, & receptaculum
eius, victum inter cadauera quærrens. At velut
simplex colūba in manus Noe, nēpē Iefu Chri-
sti reuertere, in quo perenne gaudium, requies
plena, iucunditas vera: & sæculi huius fluctua-
tiones & amarulenta flumina fuge. Si tibi vide-
ris in his omnibus requiem, aut solatium inue-
nisse: haud quidem oculos in alta leuasti. Vidēs
huius sæculi prædia Salomon, vt sapiens dixit:
Tæduit me vitæ meæ, videns mala vniuersa esse
sub Sole. Postquam enim sapiens dixit: Omnia
quæ considerauerunt oculi mei, non negauit eis
subdit: Mala esse vniuersa sub Sole. Quid Salo-
mon ait? Nonne Moyses dicit: Quod vedit De-
us cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona: vt
optimè D. Hieronymus super Ecclesiasticum
annotat. Hoc Salomon cùm dixit, erat in exta-
sin raptus, & in contemplationem Dei. Verūm
oculos in terram declinans, & circum circa om-
nia prospiciens tamquam nihilum reputauit.
Nam qui Deo fruitur, illi omnia alia à Deo vi-
dentur amara. Esaias Propheta Dei maiestatem
cernens, duos Seraphim intuitus est, qui terrā
versus prospiciens, vedit eam plenā fumo. Om-
nia hæc quasi fumus, & quasi nigror, quæ mētis
excæcat lumen. Hoc planè inspexisse videntur,
qui Deum habentes, in alta rapiuntur. Hoc
fecit vt Moyses ille Regia Pharaonis tecta con-
temneret, & opprobrium Israel amplecteretur.
Hoc Paulus, vt diceret: Omnia arbitratus sum
vt stercora. Omnia vanitas, & nihil omnipotē est
quod

Gen. 2.

Eccle. 2.

Gene. 1.

Esa. 6.

Hebr. 11.

Pbil. 3.

IN PSAL. CXXXVI.

quod meum satiet affectum. Prodigus filius eum
piebat, satiari de siliquis porcorum, & adhuc
illi non concedebatur, & ita miser ille fame pe-
riens, extra domum patris, dicebat: Quāti mer-
cenarij in domo patris mei sunt? &c. Nequit a-
nimā nostra hic satiari. Nam cūm infinita ca-
pacitatis mens nostra sit, nequit minimis refi-
ci. Ecclesiastes ait: Vanitas vanitatum, & om-
nia vanitas. Proptereaq; Deus cuncta, vt media
ad hominem, condidit: non verò tanquam vlti-
mum eius finem, & centrū. Et sicut medium nō
satisfacit, aut quietat, ita hæc omnia non sati-
ant: sed ipse solus Deus reficit, qui est vltimus
animæ nostræ finis, & requies in sempiternum.
Ideò Augustinus: Fecisti nos Domine propter
te, & inquietum est cor nostrum, donec perue-
niat ad te. Inqui fame absorpti semper inces-
dunt: quoniam verum pro ipsis effigie relin-
quent. Vnde Hieremias: Me dereliquerunt
fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas
dissipatas, in quib. non erat aqua. Et alibi: Quid
tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbi-
dam? Omnia, velut umbra, pertransiunt, in qui-
bus nulla est substantia: sed quidam quasi defe-
ctus luminis sunt. Adhuc verò fugit ab eis, qui
auide hæc umbram sectantur. Ionas sub tegmi-
ne hederæ iacebat, quæ fiantे aura arefacta est.
Adest languor, aut febris, siue pleuris, & late-
rum morbus, & omnem pulchritudinem, ome-
nemque decorum abolet. Ignis tecta consumit;
ignominia tollit honorē, sobolemq; diffamat;
Omnia quippè Babylonis salices erant, quæ a-
liud ab umbra non faciunt. Et tanquam nuncius
præcurrēns. Dies nīei velocestransfierunt;
curioriè transierunt & non viderunt Solē: aut
tamq; nisi

Eccles. I.

Hier. 2.

Ierem. 24.

Sophient. 30.

C O N C I O . II.

94

tanquam ausis &c. Omnia velut infœcundæ
salices fuëre. Nihil aliud quām rumor, & vul-
garis opinio remansit: illum, magnanimum
& inuictum extitisse, clara stirpe natum, prisco
sanguine, & varijs stemmatibus insignitum: &
sic immortalem famam, ac nomen condidisse.
Aut illā speciosam nimis fœminām fuisse: illū
verò primas apud Regem obtinuisse: quæ om-
nia sempiternis stemmatibus condunt, & pro-
forib[us] figunt. Solet in veredum caumata pre-
munt adhuc in aëre temporis serenitas vigere,
repente tamē coalescere vndiq; nubes, mox to-
nitrua, coruscantia fulgura cernas, & densū nu-
bibus cœlū: mox grādo, pluuia, strepitus & ca-
lamitas subsequitur, vt cuncta ruere prorsus vi-
deantur. Breui tamen temporis spatio nubes e-
vacuantur, & dilabūtur: & quædā appareat qui-
es, serenitas, & perspicuus Sol, &c. Nūquid illa
calamitas fecit, quām parum luti in arida? Par-
turiunt montes, nascentur ridiculus mus. Eius-
modi huius sœculi principes videas, quibus
magna astat ministrantium turba, & magno
strepitu incedentes præeunt equites currus
triumphales rotat, magna comitatur caterua,
quorū omnes horrēt aspectum. Iam lethalis fe-
bris, aut quiuis lāguor veniens hos tollit è me-
dio: deniq; in lutum, & aridam conuertuntur,
& humiles & mēdici, quos intueri dēsignabā-
tur, eos pefundant. In quo illa vanitas cōuersa
est? Sicut tonitruum magnum in pluuiā perso-
nauit. Dormierūt somnum suum: & nihil inue-
nerunt viri diuitiarum in manibus suis. Vos er-
go ne citharas, & organa vestra salicib. Babylo-
nis vmbrosis, atq; iucundis simul & gaudiū figa-
tis. Alię sunt paradisi arbore; de quib. Ezechiel

Psal. 95.

IN P S A L . CXXXVI.

ut Platani, & Oliuæ, quæ sub earum mystica significatiōe bonis spiritualib^o gratiæ, & gloriæ alludunt. Ibi psalteria, & organa vestra suspendite. Ibi spem, iucunditatem, & corda figite vestra, ut regius psaltes inquit. Quid mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Et iterū. Tibi dixit cor meum: vultum tuum Domine requiram.

P/alm. 72.

P/alm. 26.

4. Rg³.25.

At verò quamuis ea, quæ adhuc dicta sunt, sit vulgata Doctorum, ac communis expositio in hunc locum: iste tamen locus in hunc modum intelligi potest, dicendo, quod filij Israël, qui in Babylonem captiui ducebātur, psalteria, & organa, quæ in salicibus Babylonis sus penderēt, non habebāt. Namq; sacra scriptura ait, quod illi Chaldæi non solū templū Hierusalem, ac domum regiam combufferunt: verū & plebeiorum humilia tecta concremarunt, & horum, qui fortè ignem euaserunt, in misera ram seruitutem sunt redacti. Vndē non parū fecerunt, incolumē vitam fernātes. Nec vaçabat tempus ut organa sua, aut chordas gestarent. Verus itaque & germanus literæ sensus est, quod iste populus se musicis instrumētis, & psalmodijs priuari fatetur, quia musica non congruit luctui. Vtitur autē hoc dicēdi charactere, quia iste loquendi modus vistitior est. Ut profitētes aliquod exercitium à se abdicasse ostendat musices instrumenta loco suæ calamitatis fixisse. Exempli causa. Qui ob aliquem languorē à litterarū studio se abdicavit, inquit: Ego meos in lectulo libros amisi: & sic de similib^o. Eiusmodi loquēdi stylo dicit nūc populus Israeliticus quod in salicibus sus pederū organa sua: significatesq; habitatio inter salices iuxta Babylonis flum:

Concio II.

Hūmina omnem ansam lātitiae ab eis abstulit.
Modò suspendere organa, & mūsices instrumē
ta figere, est quasi omnem lātitiam abdicare.
Sed de his sit satis.

95

Præterea aduertendum summoperè hic est,
quod non solum miseri filij Israel Babylonī e-
rant, in cuius falicibus sua organa suspende-
runt, simul & omnem iucunditatē, & gaudi-
um amittentes: verū etiam subdit, quod hoc
ipsum in medio Babylonis fecere.

In falicibus, in medio, &c.) Qui iuxta ciuita-
tis, aut muri adiacet portam, quamuis intra ip-
sam vrbem esse dicatur, cæterū minimo nego-
tio extrā petit: uno, aut altero gressu foris est.
Veruntamen qui in medio ciuitatis est, aut in
plateis, foribusque vagatur, non aliter quām
magno labore ducitur extra, per ambages, seu
vicorum anfractus lustrans. Magnum quippè
malum est & ingens calamitas, quod nō solum
captiui in Babylonē sint: at quod peius, & do-
lendum magis est, quod in medio illius sint. In
miseram peccati feruitutem redactum esse, ma-
ium quidem est: at in medio ipsius submersum,
& vertice tenus absorptum, & innexu criminis
irrestitum, & in limo profundi infixū esse, hor-
rendum, & execrandum est. Ille qui iam in pe-
ccato callos obduxit, & Deum offendere assue-
factus est, & ipsi peccato tenaciter haeret: maxi-
ma cum difficultate se ab ipso crimine soluit
& abdicat. Nam eorum depravata consuetudo
eos trahit, & impellit: quæ quidem est habitus,
qui difficulter remouetur. Iacob in Aegypto *Genes. 49.*
vita defunctus est: verū filijs ne illum in Ae-
gypto sepelirent, præcepit. Peccatum, animæ
mors est, iuxta illud. Anima, quæ peccauerit, *Ezech. 18.*

N

ipsa

IN PSAL. CXXXVI.

ipsa morietur. Iam iam quod in Aegypto perij-
sti, te precor, o charissime, ne te condas in Ae-
gypto. Deliquisti, & vitam amisisti in hoc seculu-
lo: noli in eo sepeliri. O quanti perierunt in
Aegypto, & in ipso adhuc sepulti iacent: O
quot, quantiq; peccatores in ipso mortui sunt
peccato: & hactenus sepulti ipsi tenaciter ha-
ret: Nonne tibi sufficit offendisse, aut peccatum
cōtraxisse: sed in ipso volutaris? Per viscera mi-
sericordia Dei nostri te precor, si peccas, quasi
homo, & non quasi dæmon pecces. Si offendis,
surgere protinus conare, velut homo, nō quasi
dæmon, qui mox, ut peccauit, indurat⁹ est, & in
sua versutia infix⁹. Quid est Israel, quod in ter-
ra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena,
coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cū
descendentibus in Infernum. Non miror tui, o
Israel, inquit Baruch Propheta, quod inhabi-
tes inter hostes, & cum sanguinibus tuis defec-
deris, anima tua hostibus: sed quod inter ipsos
inueterasti, & in tua anima callos obduxisti.
Tot anni transierunt, multiplicans, & insuper
addens peccata, nec te pudet: & retibus noxē il-
lapsus indies te magis implicas, & in atra ni-
mis peccatorum confusione te confundis? Cū
ille Pharaon impius Aegyptiorū Rex, planè vi-
dens potestatem Dei Israel, qui pro eis pugna-
bat, dixit: Fugiamus Israel, Dominus enim pu-
gnat pro eis contra nos. Qui retrocedere vo-
lens, iam aquæ maris simul conuenerant, & in-
uium iter remanfit: qui ut sero sapuit, miser in
medio ipsius maris perijt, & in Inferno sepul-
tus est. Sic tu, si in peccatis cōsternatus iaces, &
hæres, praua cōsuetudo pellectum tuum trahet
affectum: & tandem non poteris inde elabi. Mo-
dò quod

Baruch 3.

Exod. 14.

CONCIO II.

96

qd quod congruit illud est, vt quam primum
Babylonem fugias, & mox à peccati labe disce-
das, & tantum Deum offendisse doleas, nec poe-
nitentiam ad ultimum vitæ protrahere debes.
In 2. lib. Reg. habetur, quod cum pugnasset Io-
ab dux regis Dauid contra Abner ducem exer-
citus Israel, dixit Abner ad Ioab. Num vsq, ad
interencionem tuus mucro desauiet? Cui Io-
ab. Viuit Dominus, si locutus fuisses mane, re-
cessisset populus. Sicut deum invocare debes,
dum iuuenilis viget ætas, dum iuuat, & salus,
& optima corporis postulat valetudo, vt te poe-
nitreat, nec peccandi usus prescribat. Nam si ad
Solis occasum clamabis, & dolores mortis, an-
gustiae preuent, non ita facilis erit conuersio,
nec dolorem habere poteris. Tunc enim si cla-
mes, dicet deus: Si locutus fuisses manè, exau-
dissem te, & sic in eternū peribis. Possibile qui-
dem est, vt conuertatur aliquis in ultimo suæ
vitæ, qui maximus extitit peccator: sed hoc
terribile, nec ita facile est, ut potè in illa ho-
ra verum habere dolorem, qui omnem vitæ
eius in malis consumpsit. Agetandem, Dei
maximi amore, irritas fac, quas cum ipso mun-
do veteres amicitias iniisti: frange vincula pec-
catorum, nec Babylonem inhabites, nedum
in medio ipsius. Ibi namque cedit omnis iu-
cunditas, cuncta lætitia, non resonat harmo-
nia dulcis: viget tamen fletus, increscunt ge-
mitus, v lulatus, singultus, & lachrymæ. Quid
inde, quam infocundæ salices? Nec te abdas,
aut prorsus Babylonem irruas, sed mox ut
exeas, cura. Quod si te videris in medio il-
lius per diurnam peccandi consuetudinem,

1. Reg. 2.

N. & & exi-

IN PSAL. CXXXVI.

& exitus quamuis arduus, difficilisq; sit, clamā
ad Deum sine intermissione, qui potens est, &
misericors, & pius, vt exaudiens tuas preces,
misereatur, & tibi parcat: ac demūm vitā præ-
stet æternam. Amen.

C O N C I O . III.

*Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos di-
xerunt nos, verba canticorum.*

Intra pleraque damna, & varias calamitates,
& infortunia, quæ in hoc miseræ nostræ vi-
tæ captiuitatis ergastulo dignè patitur: hoc
boni, & solatij reliquum est intereà, quod nos,
qui vitam degimus, subiecti simus, ac nos misé-
riæ, languores & infirmitates manent. At quâ-
uis hæc omnia à parùm prouidis, & minus per-
spectis hominibus tanquam mala, & valdè no-
ciua reputentur: veruntamen à probis, & sapi-
entissimis quibusque viris, & qui optimè om-
nia hæc norunt, intrinsecus callent omnia no-
bis aduersantia, atque molesta, tanquam Dei il-
lecebras, visitationes, & beneficia, quædam re-
putant. Nam demus (vt ipsa experientia docet)
quod secundi & fœlices euehtus, vt Dei obliui-
scamur effiant, in contrarium tamen aduer-
sa nobis, & acria naturæ, vitæ spem futuræ, ad
quam semper debemus anhelare, in mentē no-
bis reuocant. Propterea quæ nostræ naturæ ho-
stes optimè videntes hanc nostræ vitæ fallacem
lætitiam & iucunditatem, omnem venturi sæ-
culi cogitationem abolere, & funditus ab eis
mentē abdicare, & terrena nobis quærere gau-
dia, & ad ea nos impellere student. Ne nobis
sit curæ ciuitas illa Hierusalem vera patria, &
requies

C O N C I O . III.

97

requies animæ nostræ. Hoc ipsum est quod nostri psalmi carmen ait.

Quia illic interrogauerunt nos, &c.) Nostrî hostes iniqui, videntes nos in miseram seruitutem redactos, qui nondum contenti, nec satiati adhuc, ut nostra calamitas magis se extenderet & in perpetuum maneret, & Babylone semper moraremur: saltem in Sion ne meditaremur, ipsi prohibebant. Veruntamen vti illius obliiti & acerbæ nostræ captiuitatis, & quasi in pristinam libertatem iam redacti nos subsistantes, dicebant, vt quodam modulamine psalteremus, ac cantionibus laudaremus. Inimici animæ nostræ nobis suadent, vt in hoc sæculo, miseriae, & luctus iucunditatem capiamus. Ne forsan meditantes miseram & atram nimis captiuitatem, & sortem nostram doleamus patriæ profugi. Subdola nobis gaudia inimicus proponit, ne noxas intrinsecus coruscantes videamus, nec bullientem conscientiæ vermiculum sentiamus. Volunt enim nostræ naturæ hostes, quod psallentes simul, & gaudentes obliuiscamur tui ò Sion. Nabuchodonosor quandam statuam confiauit, mox vti præconio ederent, dicentes. Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniaræ & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam, quam erexit Nabuchodonosor rex. Ut quid tantus clangor, strepitus, & tot buccinaræ, & interdum vt statuam adoraret, præcepit? Ut sic illi occupati, & sonitu instrumentorum detenti, peccatum, quod contraxerant, simulachrum adorantes, non videret. Sic mundi sibilus resonat iu auribus nostris, ipse

Dan. 3.

N 3 nobis

IN PSAL. CXXXVI.

nobis psallens, & cantionibus ludens, cachinos excitat, nos modulamine trahit, ac vanitatis captiuos ducit: ut sic ambitus ignitos ardore, & huius mundi rerum strepitu attoniti, stupefacti, & sensibus obturati nostram miseram fortem non videamus, nec ut recta via inferni domicilia petamus. Ita enim nostros excoecat sensus, ut lutulenta prædia audiē sectantes, superna domicilia contemnamus. Namque hæc omnia sæculi, ut potè vanitates, delitiae, & honores, illecebræ, & fortunæ, hominum corda prædantur, & eorum affectus capiunt, actenēt, & quasi retia captant, ut perpetuas tenebras mentibus nostris offundant, ne æterna bona petamus. Filij Israel iter facientes per desertum cùm ex Aegypto exierunt, venientes propè montem Galaad, iuxta terram promissionis cernentes virentia prata filij Ruben, & Gad, petierunt facultatem à Moysè se velle ibi commorari, dicentes nec terram promissionis intrare. Horum rationem sacra signat Scriptura. Habebant enim pecora multa. Quoniam huius mundi bona pulchra tibi videntur, & amœna: terram promissionis & gaudia sempiterna contemnis. Illa cœlestis patria, illa suprema Hierusalem, quæ tibi condita est, de qua Regius Psaltes cecinit: Deus meus tu es: portio mea in terra viuentium; ab his continentur, quin magnum possident gregem, ab his qui multa pecora habent. Eiusmodi sunt opulentii sæculi diuites, quorum opes & delitiae fortiter tenent, ne æternas diuitias habent. Babylonis amor eos tenet, & sic obliuiscuntur tui Sion. Virentia Galaad eos inuitant prata; propterea terram promissionis contemnunt.

CONCIO III.

98

remnunt. O amor saeculi huius. O Babylonis
 amor, quicunq; in te suos locat affectus, à Deo
 longè eos reposuit. Ut autem inimica caro in
 huiusmodi pellectos nos inducat amorem, &
 eius illecebris seductos à Dei charitate sepa-
 ret, vt canamus, & iucunditatem sumamus,
 nos admonet: & vsque quaque detenti, & in
 noxæ captiuitatem redacti nunquam recorde-
 mur Sion. Laban secutus Iacob vsque in monte *Genes. 31*
 Galaad, qui deserens domum Laban in terram
 suam reuersus est, sicut Dominus præceperat il-
 li. Dixit autem Laban ad Iacob. Malè egisti me
 cum. Cur, ignorante me, fugere voluisti, nec in
 dicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, &
 canticis, & tympanis, & citharis? Non quidem
 hoc dicebat Laban quasi festum diem aeturus
 foret Iacob, propterea quod ab eo discederet:
 sed duntaxat vt musicis illis instrumentis illū
 secum teneret, ac in seruitutem vsque quaque
 sui redigeret. Sic mundus psalteria, & tym-
 panum, parilesq; fistulas pulsat, & modulo sua car-
 mina pagit, vt nos inducat terrea diligere præ-
 dia sub tegmine, & dolo, latet anguis in herba:
 vt sic Dei ne meminerimus, semper ipsi manci-
 pati. Ea propter Chaldaei dicebant Hebreis, vt
 canerent & lætarentur Babylone: vt suæ patriæ
 Hierusalem, & pristinæ libertatis immemores
 deinceps fuissent. Quidam enim patria profu-
 gus eò lautam, ociolam, & tot illecebris & vo-
 luptatibus plenam vitam degere potest, ve
 suæ pristinæ libertatis, siue redeundi in patri-
 am nullam prorsus curam habeat. Illud verò
 quod hostis noster intendit, est, de suis facul-
 tibus diuites, suisque bonis eò inclytos nos
 facere, vt ultra quicquam non queramus, nec

N *

Dei

IN PSAL. CXXXVI.

Dei meminerimus usque quaque. Secus tamen
Deus noster nobiscum facit, cuius pia volun-
tas est, ut eo fruamur, & ad huiusmodi finem
creauit, & erexit nos. Ipse tamen cernit quod
huius saeculi terrea nos tenent, atque nostræ sa-
luti maximo impedimento sunt: propterea q[uo]d
tribulationes, & angustiar[um] nobis adesse permit-
tit, ut sic calamitatibus, atque miserijs affecti,
singultibus & suspirijs coelestem patriam peta-
mus, & anhelantes ad ipsam aspiremus, & lutu-
lenta pessundantes prædia, superna diligamus
bona. Dum æstus caumata vigent, si iter faciens
quidam penè ardore consumptus, & æstu con-
sternatus iuxta ipsum iter cernat puteum arbū
stis vndique obsesum, seu quodvis aliud rece-
ptaculum offendat, aut tegumentum, ut se de-
fendat à Solis æstu, animumque reficiat, & illa
captus amoenitate, & quasi pigritans, ibi diu co-
moratus dudum adhuc expectans, facturus iā
iter, & sic noctis illum obcoœcat nigror, & tenē-
bras duplicari cernat, tandem nemoribus ob-
sesum, quod se vertat, prorsus ignorat. At verò si
in totius viæ, aut itineris cursu omne refrige-
rium, omnisque animi refocillatio desit, pre-
munt caumata. Sed quid proderit? ut concitè
pergat quoisque domum peruenierit suam op-
portunè satis. Cur nam isti Chaldæi Hebræos
ut canerent postulabant, & mundus quoq[ue] vo-
luptatibus, honoribus & illecebris te trahit? Ut
ipsis deceptus, seductus, & prorsus intentus
ne recta, qua ire via coepisti, pergas. Dudum ta-
men mortis nox adueniens operæ pretium sit
ut in Inferno exceptus usque quaque remane-
as, ad tuam minimè domum perueniens, quæ
gloria Dei est. Cæterum Deus noster verus ho-
spes,

C O N C I O . III.

99

pes, & exceptor noster, vt nobis viam aperiat
ad vitam, non per huius sæculi delicias venire
iubet; nō canticibus, & illecebris vitam de-
gere, sed lacrymis, & dolore per tribulos vt
incederent, non per amæna, & vmbroſa loca.
Hæc est via beatorum, quæ ducit ad vitam. *Mattb. 7.*
Nam qui seminant in lacrymis, in exultatione
metent. Euntes ibant & flebant, &c. inquit Da *Psal. 123.*
uid. Vnde etiam beatus Gregorius: Mala, quæ
nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.
At fallax, & seductor mundus est, velut frau-
duleñus ille senex, qui seductionibus & blan-
ditijs generum suum Ieuitem Bethlehem ob-
nixe tenuit, atque vt secum maneret suasit. Dies
tamē cūm iam recederet, in domum suam op-
portunè haud peruenire potuit, qui hospitatus
in Gabaa, ibi grauiter offensus est. Eiusmodi
hostis seductor, inimicus animæ nostræ, sege-
rit erga nos. Propterea in medio Babylonis vt
obliuisceremur Sion, & antiquæ patriæ, & pri-
stinæ libertatis.

Illic interrogauerunt nos, qui captiuos du-
xerunt nos, verba cantionum.)

Illic, ait, Vbi nam gentium? Babylonie. Quam
egregia ciuitas Babylon ad Psallendum? Baby-
lon nostræ peregrinationis ergastulum, in ea
modulamini non est locus. Cedat fœcunditas,
cedat gaudium, vigeat fletus, increscant gemi-
tus, exeat singultus & præsit dolor, dominetur
tristitia, vulnus adiaceat. Vbi enim mundus
te iubet lætari, ibi dolendum tibi est. Nam vbi
deliquisti, illic dolendum tibi est, illic poeniten-
tia est. In hac vita deliquisti: hic soluere debes;
Ne in venturum sæculum poenitentiam diffe-
ras: vbi nihil validum, nihil profuturum. Vbi no-

IN PSAL. CXXXVI.

xa contrahitur, ibi soluenda est: ne in posterū,
malum tibi contingat, & debitas pœnas luas.
Sapient. 5. Sapientia liber de improbis dicit: Pœnitenti-
am agentes, & præ angustia spiritus gementes:
3. Reg. 21. & tandem nihil eis profuit, quia in posterum,
& in venturum protelarunt. Vnde Dominus
Achab dixit: In loco, vbi linxerunt canes san-
guinem Nabaoth, lingent sanguinem tuum. Et
Genes. 4. Caino dixit Dominus, qui occidit fratrē suum
Abel: En vox sanguinis tui clamat ad me. En, o-
stensuum est: & vbi fratrē suum occidit, ibi pe-
rijt ille: & suā illic sententiā contra illū Deus
fulminauit. Adhuc tamen Antiocho Regi (quā
uis esset Ethnicus, & Gentilis) perperam illi vi-
sum est facinus, quod Andronicus ille patraue-
rat, qui Oniam fæcere necauit de illo vin-
dictam sumens, vbi delictum contraxit, ibi oc-
2. Mach. 4. cisis est, ut habetur in libro secundo Machabæ
Ioel 2. orum. Ideoq; Ioel Propheta dixit: Scindite cor
da vestra. In cordibus peccatum constatum est,
ibi pœnitentia agenda. Hoc ipsum Regius Psal-
tes prouidens, & rectè cognoscens quod labes
vbi contrahitur, ibidē pœna luenda est, & vin-
dicta sumēda, ipse dicebat: Cor contritū, & hu-
miliatum Deus non despicies. Sic etiam Deus
vult cor nostrum attritum & contritū dolore
& pœnitentia transfixum. Et sic iusto Dei iudi-
cio, & sibi optimè placito Absalon triplici cor-
dis iētu transfixus perijt miser. In ipso namque
corde maximus dolus fuerat cohesus, Regij pa-
tris imperiū dirimere machinatus, sic tulit pre-
tium temeritatis suę. Vbi Babylonius nobis cā-
tare præcipit: ibi nos Deus lugere iubet. Plore-
mus ergo, qui captiui, & in vincula sum⁹ reda-
eti, & à cœlesti Hierusalē profugi, & absente.

Nota

CONCIO III.

109

Nota quod illi Chaldaei cantiones postulant
 ab Hebreis qui capti erant. Eccles. ait, quod mu-
 sica in luctu importuna narratio. Nihil omni-
 no ab re magis esse poterat, quam tristē, ut mo-
 duletur inducere. Sic mundus aliena satis, &
 importuna nimis usquequa postulare vide-
 tur. Caprus Samson à Philisthæis ut choros
 duceret luminibus priuatus, ab eis consiliatus
 est. Cœcum tripudiare vultis? Ut saliet, qui vbi
 inuitatur, prorsus non videt, aut quoquid se
 vertat, nescit? O hostis, ô caro inimica, ut nos in
 peccati retia lapsos, impellis saltare, & cachin-
 nos excitare: cum potius vicem nostram dole-
 re, & sortem plangere debeamus? Nec enim Io-
 cus est gaudio, vbi prædominatur luctus. Væ
 vobis, qui nūc ridetis, quoniam flebitis: ait Do-
 minus Iesus. Hi vitæ nostræ persecutores non
 dum satiati in nostra corporali seruitute, eti-
 am animam nostram subiugare student, cum
 illa cantica, quæ psallebamus in Hierusalem
 Domino, ad sua idola conuerteremus, dicenti-
 bus illis.

Luc. 6.

Cantate nobis de canticis Sion.) Potest hoc
 ipsum dupliciter intelligi. Primò ironice & ir-
 risoriè hoc eos dixisse, populum Domini sub-
 subsannantes: ac si dicerent. Nunc illa cantica,
 quæ canere consueuistis, & nobis psallite. Cur
 non canitis? Quare non gaudetis? Quemadmo-
 dum irrisorie subinde ad afflictos loqui solent
 illudentes quidā, qui malis afflictorum cogra-
 tulantur, maxime illis, qui prius in magno gau-
 dio, & throno sedebant excelsa, antequā subi-
 ta tribulatio, & inopinata calamitas eos subi-
 gasset. Huic alludit sensui, q̄ vertit Fælix: Quia
 interroga uerū nos, qui captiuos duxerūt nos,

verba

IN PSAL. CXXXVI.

verba cantici: & deridentes nos, lætitiam, adde, interrogauerunt nos dicendo: Cantate nobis de canticis Sion.) Neque dissonat, quod habet paraphrasis Chaldaica. Ibi interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, ut diceremus verba cantilenarum: & raptore nostri lætitia affecti dicebant: Psallite nobis cantica, quæ dicebatis in Sion. Huiusmodi locutionibus sèpè vtitur scriptura: vt est illud: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Si filius Dèi es, descendere de cruce. Et illud Sapientiæ. Lætare iuuenit in adolescètia tua. Amos etiam, Venite ad Bethel, & impiè agite in Gala-gala, & multiplicate præuaricationem. Et Iermias in Threnis: Gaude, & lætare filia Edon, quæ habitas in terra Hus. Multa de his differimus nos in commètarijs nostris super Lucam, quæ nuper edidimus, cap. II. iuxta illa verba: Date gleemosynam, & omnia sunt munda vobis.

Alio modo potest sumi hæc postulatio, vt seria & non ironica: vt videlicet exegerint Babylonij seriò ab ipsis modulari carmina consuetata laudis Dei Israël ad eorum irrisiōnēm, & ludibrium, vel ob nimiam superbiam ad sui ostētationem. Itaque intelligi potest, Babylonios, ob superbiam, & quandam iactantiam, velle ut illa carmina coram se canerent Hebræi, & suas modulo aures oblectarent: quibus ludentes in Hierusalem soli Domino cantauerant. Nec tantum isti ob suam insolentiam, eos cantare monebant: sed etiam ut canticis illi abutentes ad iram Dominum prouocarent, idolis sacrificarent laudibus, & hymnis. Quasi dicerent. Cantica quæ Deo vestro offerebatis in Hierusalem,

Dijis

Matth. 27.

Eccles. 11.

Amo. 4.

Thren. 4.

CONCIO III.

101

Dijis nostris cantate modo. Hæc sunt portenta
& facta dæmonis, qui miscere vult sacra pro-
phani, & aurum infimo ære conflare: & quæ ad
cultum Dei sunt destinata, in mundi usum ven-
dicare. Non nulli ex gentilibus, & poetis hoc
idem fecerunt: qui si nullum aliud peccatum, quæ
hoc commisissent, merito, quas & nunc susti-
nent, poenas luerent. Ouidius enim forsan Ge-
nesim perlegit, & quæ sacra Scriptura ait de
Noe, & de diluvio, quod in diebus eius euenit,
ipse cuncta distorquet, & funditus euertit, at-
que prophana. Chimerica finxit monstra, &
ludicra constauit portenta, omnia Deucalionis,
& suæ coniugi Pyrrha adscribens, ut in i. Meta-
morphoseos inquit, quod lapides illi, quos su-
mens Deucalion, & tergum versus mittebat, in
homines conuerteabantur: & quos Pyrrha mit-
tebat, in foeminas. O soror, & dilecta coiunx,
&c. Et etiam Virgilius quam plurima carmina
ex Sibylla Cumæa, quam alij Erithræam dicunt,
quæ aduentum Domini nostri Iesu Christi præ-
dixit, ille desumpfit: eaque Cesar Augusto per
modum adulationis, ut gratiosus apud ipsum
factus facile primas teneret, aptauit, affirmans
quod propter ipsum præfata sunt, quod longè
aliter se habebat. In illa enim elegoga, quæ inci-
pit: Sicelides Musæ, &c. hæc subdit:

*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo:
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto:
Tu modo nascenti puerò, quo ferrea a primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Castafaus Lucina, tunc iam regnat Apollo.*

Hic

IN PSAL. CXXXVI.

His ergo, cæterisque gentilibus omissis, qui
Deum omnino ignorabant, modo vero insani,
& parum modesti nostri sæculi quasi iuuenes,
ne dum Christiani, haud tamen carminibus lu-
dere possunt, quin sacras literas distorqueant,
& de honeste suis cantilenis, & vanitatibus
illarum adaptantes loca. Quam iniquum, & execrabi-
dum hoc ipsum sit, & Deo maximè displiceat,
videre licet in illo satis superq; occulto Dei iu-
dicio, dum Balthasar regé Babylonis meritò pu-
niuit: de quo in Daniele habetur. Quod in illo
grandi conuiuio, cum ille iam temuletus esset,
& opiparè omnes epulati, iussit vasa aurea, &
argentea, quæ Nabuchodonosor pater eius de
templo Domini asportauerat, quod fuit in Hie-
rusalem, tunc polluentes illa vasa, & in eis om-
nes bibentes, subito (inquit scriptura) apparue-
runt digiti, quasi manus hominis scribentis, &c.
Sic Deus strictissimā rationem ponet cum his,
& appenderet peccata eorum in statera, dureque
eos puniet, diuidens Regnum ab eis, videlicet,
animam à corpore, & humo tradet corpus, &
animam in perpetuum comburendam gehen-
nalibus flammis, quoniam cantica Sion, & Hie-
rusalem cecinerunt in Babylone, & miscuerunt
sacra prophanis, Ideo Chaldæi inimici, ut po-
pulum Domini idololatrare facerent, & ita a-
nimas simul eorum captiuarent, ab eis conten-
debant dicentes:

Cantate nobis de canticis Sion.)

Perpende quoque hominum impiorum in-
genium. Ipsi quippe volunt alios sibi consimi-
les fieri, & consortium ineunt inter se. Hi Baby-
lonij, ut nequam, & turpisissimi erant, filios Isra-
el sibi sociari volebant, & consortes suorum de-

litorum

C O N C I O III.

102

licitorum habere & hymnos, & cantica Dei, suis
immolari idolis. Sic mater Eva labefactata
crimine, impulit Adam ut comederet, & sic pars ^{Genes. 3.}
ticeps culpæ fieret. Idem fecisse legimus Loth ^{Genes. 19.}
filiam natu maiorem, quæ postquam peccauit
cum patre suo, iuniorem impulit sororem, ut
idem ficeret. Namq; impijs nō sufficit folios in
gehennam mitti, sed socios sibi dueere studēt.
Aleator sibi comitem querit, & prodigus simi
liter, & sic iugati bini incedunt: sic suas mun
dus congregat acies, ut apud Tartareas castra
metetur sedes. Vnde Sapiens egregie de impijs
sibi inuicem animum adhibentibus ad peccan
dū dicit. Impij dixerunt cogitantes apud se nō
recte. Exiguum, & cum tædio est tēpus vittæ no
stræ, &c. Venite ergo & fruamur bonis, quæ
sunt: & vt amur creatura tanquam in iuuentu
te celeriter. Qui ut confortes culpæ sunt, eius
modi poenas luent. Vnde etiam Christus Do
minus in Euāngelio de impijs loquitur, dices:
Cōgregate fasciculos ad comburendum. Hære
siarcha, qui suis dogmatibus alios euertit, ipse
cū eis, tanquam fasciculus, cōburetur. Episco
p°, qui suis ut cognatis suggerat adhuc pueris,
& luxuriosè viuentib. & literis exutis, reddi
tus & beneficia ecclesiastica impertiuit, opti
mè meritos derelinquēs, ille & sui cognati, ta
nquam fasciculus, comburentur. Turpis lucri
cupidus & sui domestici, qui eius usuram ce
lant, tanquam fasciculus, comburentur. Et vr
bis moderator, atque sedem eius obtinentes,
qui impiè iudicant & causarum exactores, &
qui publicos aleatorum alueos domi habent:
Insuper illi qui suis abysibus, & sceleratis mo
ribus cæteros euertunt, & corrumpunt: Et qui
Sapient. 2.
Matth. 13.
ican-

IN PSAL. CXXXVI.

Scandala oriri faciunt, & qui scandalum per-
mittunt. Præceptores iniquitatis, & horum di-
scipuli: Omnes isti, tāquam fasticulus combu-
rentur. Vnde Regius David in Psalmo ait: De-
clinantes in obligatiōibus, adducet Domi-
nus cum operatiōibus iniquitatem. Hi enim qui
in officio nō sunt, nec sui voti exactores se p̄-
bent, à virtutib⁹ ad vitia declinare videntur.
Obstrictus est religiosus, quæ voulit, obseruare
videlicet, obedientiam, pauperiem & casti-
tatem. Cæterū cùm hæc irrita facit, iam decli-
nare ab officio dicitur: & malum de se p̄rabes
exemplum, suum proximum scandalizat, qui
eius ductus exemplo, malè viuit, & iniquitatē
operatur. Nunc ergo dicit psaltes, quod nos o-
mnes tam criminis inuentores, quām eorum
sextatores in Infernum ducentur. Putant enim
nonnulli se præclarum facinus committere,
cùm cæteros ad peccandum prouotant. Cùm
secus se habeat res, eorum siquidem augmentū
supplicia. Oportuerat istos Babylonios conté-
tos esse, ipsos duntaxat labefactatos manere,
nec sibi sōcios, & iniquitatis confortes filios
Israel vendicare, & sibi copulare: & quod si-
mulacris verba cantionum, quæ vero Deo, &
immortali congruebant, suis dijs pfallerent.
Propterea quæ.

Cantate nobis de canticis Sion.)

Quibus illi hoc dedere responsum in subse-
quenti carmine.)

Quomodo cantabimus canticum Domini
in terra aliena?)

Non solum aliena propterea quod peregrinia,
& longè distans ab urbe Hierusalem: verū etiam
longius, quia à Deo aberat fidei lumine
destitu-

C O N C I O . III.

103

destituta, verum Deū non colens. Filij Israel lō
gē à dulci patria vagantes cantare minimē po-
terant Babylone cantica Domini. Optimē qui-
dem faciebant: Modulari enim non satis pote-
rant, qui tantum aberant à Deo, & Hierusalem.

Hoc est, quod Regius psaltes canebat: Fuerunt *Psalm. 41.*

mihi lacrymæ panes die ac nocte, dum dicitur
mihi quotidie: vbi est Deus tuus? Optimē, nec
quidē ab re ipse faciebat, dum plorabat, siq dē
de Deo suo interrogatus, rationē reddere pror
sus nesciebat. Modò vt poterit modulari pecca-
tor tā longē distans ab ipso Deo? vt poterit in

medio Babylonis cantare? Vnde *Psalmus. Te de Psal. 64.*

cet hymnus, Deus, in Sion. Non Babylone, sed
potius in Sion vult Deus laudari. Nam sicut pec-
catorum laudes Deus non accipit, sic in Babylo-
ne cantica illi non placent. Huius sœculi diui-
tes, qui canticis Babylonis putat se placere Deo

vanē, & turpiter oblectantes, Iacobus Aposto-
lus exhortatur & monet, dicens: Agite nunc *Iaco. 5.*

diuites, plorate, vulantes in miserijs vestris.

Vt quid tu peregrinus cùm sis & in captiuita-
tem redactus, profugus à patria Hierusalē, modu-
lari vis, vbi lugere præstat? Audi Esaiam: Vo-

cabit Dominus Deus exercituum in die illa ad *Esa. 22.*

fletum, & planctum, ad caluicium, & ad cingu-
lum facci: & ecce gaudium, & lætitia, occidere

vitudos, & iugulare arietes, comedere carnes,
& bibere vinum. Comedamus, & bibamus: cra

enim moriemur. In hac ergo peregrinatione &
lacrymarum valle, non oportet oblectari: sed

potius plorare & pœnitentiam agere.

Potest etiam hic locus exponi, ac si illi di-
xissent: Qualiter possumus verbum Dei homi-
nibus vanis, alienis à Deo, & semetipſis, can-
tare?

IN PSAL. CXXXVI.

Psal. 106. tare? Vnde psaltes: Errauerunt à vulua, ab aliena
ti sunt retrorsum . Ut procacibus hominibus,
& longè distantibus, verba cantionum de can-
ticis Sion modulabimur : vt prædicabimus i-
stis? Hoc esset dare sanctum canibus: & mittere
Matth. margaritas ante porcos. Porrò Hebraica veri-
tas habet:

Quomodo cantabimus canticum Domini in
terra aliena?)

Sic & Hieronymus transtulit. Haud tamen
noxij, & à statu gratiæ distantes, & inimici Dei
constituti, nec Babylone captiui canere possu-
mus. Propterea Deum si dignè volumus lauda-
re, & suos modulari, dulciterq; resonare pecto-
ris hymnos, fugiamus Babylonē, deseramus ei⁹
captiuitatē, vt in statu gratiæ laudemus Deum,
& in venturo sæculo viqueque. Amen.

CONCIO. IIII.

*Si oblitus fuerotui Hierusalem, obli-
uioni detur dextera mea.*

IN superiori concione vidimus, quod Baby-
lonij ab Hebræis, videlicet, captiuis vt in me-
dio Babylonis psallerent petiere: & huius tunc
rationem inter alia assignantes, eamque præci-
puam esse diximus, vt illis cantionibus occu-
pati Hebræi suæ pristinæ libertatis, nec Hieru-
salem omnino recordarentur, aut montis Siō.
Cùm autem horum præcipua suę postulationis
causa hæc sit, videlicet, ne illi meminissent Hi-
erusalem: modo in tribus, subsequentibus car-
minibus populus Dei captiuss respondet di-
cens: Nihil tam validum omnino fore quicquā
nihiltā acre, seu robustū, vt eos separaret, & a-
bige

C O N C I O . III.

104

bigeret ab assidua meditatione dulcis Sion: & memoriam charæ, & amabilis Hierusalem abo-
leret. Ob idquæ molestas Chaldæorum suæficio-
nes, tamquam superfluas putabant, cū nihil ita
præpotens fore posset ut suæ patriæ cōgitationem
dimoueret, & sic conuersi ad Hierusalem
ipſi dicūt: Si oblitus fuero tui, Hierusalē, obli-
uioni detur dextera mea.) Vnde Euthymius
dicit: Obliuiscatur dextera mea. Sic etiam le-
gitD. August. Quasi illi dixissent: Si oblitus fue-
ro tui, pulsandi fidib⁹ vsus, seu tangēdi organū
artis, dextera mea obliuiscatur. At quia manib⁹
musices instrumenta pulsamus, modulamur &
ōre propterea de ipsa dextera, & lingua hic fa-
cit mentionem. Et sic statim subiunxit, dicens:
Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non me
mīnero tui.) Dum quāmpīā parentibus nūper
orbatum modulantem, & gaudentem dudum
Videmus, suorum parentum memoriam perdi-
differe dicimus. Eodem modo, si oblitus fuerit
tui o Hierusalem, muta siant labia mea, & dex-
tera mea arescat si non mēminero tui. Volunt
hi quasi æmuli mei, & qui animam meam pē-
dere curant, quod tui oblitus, o Sion, modula-
mine cantē. At si oblitus fuero tui vñquequāqi
mutus sum, & tibijs canēndis minus præpotēs.
Adhuc minime psallam, quousqi vidēro Hie-
rusalem cum trōphæo in pristinam gloriām re-
daectam. Hanc fidelitatē, & immortalem memo-
riam vult Deus in hominibus permahere, &
firmiter hærere: & quod nihil inueniri possit in v-
niuerso, quod Dei beneficia ex memorijs nostris
abolere faciat. Nec eorum, quæ de suā manū
pēcepimus, obliuiscantur. Sic Deus ad Moy-
sen: Nec obliuiscatis verbōrum, quod viderūt oculi
tui.

IN PSAL. CXXXVI.

tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vi
tae tue. Memores ut simus beneficiorum suorum
Deus vult, ut illum diligamus: & ut gratios nos

Exo. 16. præbeamus. Vnde Moysi dixit Dominus: Imple
gomo ex eo, & custodiatur in futuras retrorsum ge
nerationes: ut nouerint panem, quo alii vos in so
litudine. Volebat enim Deus ne immemores
filij Israel essent tanti beneficij, & misericor
diae, quam illis fecerat in deserto: ideo ad per
petuae rei memoriam vascula pignore illo iu
ssit adimpleri. Sic etiam vult, ut suæ rigidæ iu
sticie & censuræ memoriam teneamus: ut eius oc
cultia iudicia horreamus. Cum quondam Deus
illam tam rigidè punitionem exercuit, & anim
aduertit in eos, dum mirabiliter ignis est taber
naculo coruscavit, & bis centum, & quinqua
ginta illos, qui incensum obtulerat, consump
tit. Tunc Deus Eleazaro sacerdoti filio Aarō pre
cepit, ut thuribula illorum, quos nuper ignis con
sumperat, dantes thura, quæ & confiare, & in
laminas produceret, altarique eas figeret: ut cer
niant eas pro signo, & monimento filij Israel, qui
bus conmouerentur, ne quis accedat alienigena,
& qui non est de semine Aaron ad offerendum
incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core.

Ut quid palam laminas illas Deus affigi præ
cepit? ad perpetuae rei memoriam illius maximi
iudicij, ut descendentes illud videntes, horre
da Dei iudicia pauescerent, & quomodo se
gesserat Deus cum Core, & socijs eius, cognosce
rent. Recordatio pietatis, & misericordiae Dei
nobis ut speremus, suadet. Et suorum meminisse
iudiciorum, ut pertimescamus, ut istis duabus vir
tutibus comitibus, recta via pergamus, alias vi
tae nostræ iacturæ patiemur. Postquam Philisthi
jm in

C O N C I O . IIII.

105

jm in bello arcām Domini cēperunt. Cūm re-
stituere tandem Israeli decreuissent, vt plaga
Dei in eis cessaret, qua eos durē afficiebat, pro-
pterea qđ arcām fōederis sibi vēdicassent, quā
in curru cūm imposuissent, iugatis vaccis, quā-
uis fētosē adhuc mugientes, recta via tamē gra-
diebātur vsq; in Bethsames, quę domus Solis di-
citur. In arca enim réposita erāt virga Aarō, &
vasculum plenum māna. Vt Apostolus inquit.
Sic nos hac via vitæ gradientes, recta via super
na domicilia petentes, videlicet domum Solis,
quę est illa beatitudo, vbi facie ad faciē planē
Solem iustitiæ videbimus, Christū fulgentissi-
mum in gloria Dei patris, baiulantes vsq; quaq;
manna suauissimum pietatis, & misericordiæ
Dei, & virgam iustitiæ, & censuræ eius, & inte-
rim ab eis nō declinare dextrā, sinistrave, si pe-
rire nolumus. Iuueni mugiebant, sed vaccæ re-
trō non cedebant, nec fœtus suos, vt viderēt, re-
uertebantur: sed sine intermissiōe vltius gra-
diebantur. Non aliter si nostri affectus filij no-
stræ carnis clamabunt, obturantes quasi aures
nostræ rationis, eos nō audiamus: nec sibilis o-
ris eorū pareamus: sed, vt Apostolus admonet, Pbil. 3.
vltrō petam⁹: Quæ rétrō sunt obliuiscentes: ad
ea, quę superiora sunt, exténdentes nosmetipsos.
Curramus ergo ad optatam vitæ palmā. Nec sæ-
culi clamoribus obediamus, nec Babylonū vo-
tis pareamus. Si à nobis cationes exegerint, il-
los non audiamus: sed oculos sursum leuantes,
charā aspiciamus Siō, & insuper scopū vitę no-
strę ipsā putemus. Non tamē immemores pieta-
tis, & iustitiæ Dei hæc semper memoriter hære-
ant, & fixa prę oculis habeamus, videlicet, vt pi-
um ipsum diligamus & tanquā iustū timeamus

O 3

Hæc

Reg. 6.

Heb. 9.

IN PSAL. CXXXVI.

Hæc recordatio Siō efficit ne filij Israel modū-
lētur, ne sua organa pulsent: electi sui ne audiā-
lulēta prædia affectēt, nec indecenter volup-
tatib⁹, & delitijs se inuoluant. At quia oblixi su-
mus Hierusalē: ideo psallimus, exultamus, & le-
tamur Babylone. Quod si illud tremēdū Dei iu-
diciū in mente haberem⁹, & quo nostra corpo-
ra perueniēt, in escam vermibus tradenda, quo
illecebris impinguamus, & voluptatibus ob-
lectamus: verè iniquitatis ostium tā patulum
nō haberemus. At nōnullos videas tanquā cri-
brum, quo aqua funditur aut quo farina mun-
datur, quod fūrſures seu paleas in ſe retinet, ac
mūda pellit. Recordamur voluptatū, & immun-
ditię carnis, vt cū offensiōe Dei in ſimilib⁹ spur-
cijs volutemur: haud recordati Sion, & Hieru-
salē: ſiqđē abdita Dei iudicia multò retrō o-
mittimus. Rigidē in nobis illata cōuitia perpē-
dimus, & gehennaliū flamarū non recorda-
mūr: nec ſerpentū, qui viſcera mordēt memini-
m⁹. Porrò in omnibus delictis, & cōuitijs nulla
tenus Dei meminim⁹, ſed potius creature recor-
damur. Propterea que tam longè absentes à pa-
tria, & ab illius memoria Sion alienati cū ſim⁹,
ideo cū incunditate hanc miſerā vitā degimus:
D. August. in hunc locū Psalimi ſcribēs, nonni-
hil à literali & germano ſenſu deuiare videtur.
At ne hoc honoris ab eo tollamus, ipſi⁹ ſen-
tentia alludimus, nec rei ciendam fore putamus.
Sufficit enim ipsū dixisse, vt illi affentiamus, ſi
cū in omnibus que (vt fateor) ſapienter, & pro-
pē diuinitus exarauit. Dextera mea (inquit Au-
gustinus) eſt vita æterna, ſinistra autē mea, eſt
vita temporalis. Semper enim dextera ſignificat
quaq; proba, & honorifica; ipſa namq; dextera
eſt

est sedes honoris. Vnde S. Matthæus inquit q̄ in nouissimo die probos ad dexterā ponet, malos autem ad sinistram. In quibus planè verbis nihil aliud sibi voluit, quā quòd iusti in die illa exaltabuntur, & honorabūtur: mali autē & ini qui punientur, & conuijjs afficiuntur. Et cū in Psalmo dicit aeternus pater filio suo: Sede à dextris meis: id ē est, ac si diceret illi, vt requiescat, & glorietur in supremis, & optimis bonis gloriā. Nam sedere quieti congruit, & à dextris esse, magnalibus, & honorificis bonis potiri. Et secundū hanc D. Aurelij expositionem, cūm populus Israeliticus inquit: Obliuioni detur dextera mea: Nō fecus est ac si diceret: Faxit Deus vt cœlestib⁹ non fruar bonis, si non meminero tui ò Hierusalē. modo quamuis (vt ipse Augustinus ponderat) fecus se res habet. Quamplurimi enim hunc ordinē euertunt, hinc, inde pro suo placito cuncta disponentes, & quæ à dextris locanda essent, à sinistris transferre videntur, & contra. Apud ipsos namque cœlestia bona à sinistris, abiectaq; sunt, & à dextris lutulenta, & terrena prædia locant. Porro nihil pretiosius, nihilve sublimius apud ipsum peccatorē, quā stercus terræ: & subinde apud eum nihil abiectius quam bona gloriæ. Vnde Regius Dauid in Psalmo de ipsis peccatoribus loquens ad hunc propositum ait: Dextera eorum dextera iniquitatis, & dudū subsequitur de hac ordinis confusione. Quorum filij, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum composite, circū ornatæ ad similitudinem tépli. Promptuaria corū plena. &c. Beatum dixerunt, cui hæc sunt. Attēdite, quā primū. n. dixit: Dextera eorū dextera iniquitatis tam dexteræ, quam sinistre, trās

Psal. 109.

⑨

Psal. 143:

IN PSAL. CXXXVI.

positionem subiunxit, omnia inordinate confundens: & quæ ad leuā oportuerat stare, dexteram versus apposuit, dicens: Hæc prophana, & lutulenta, beatitudinem esse, & ipsis potentes, beatos. Ad hæc, quia ipsa dextera est beatudo, à dextris hæc fore ponenda, quæ beatitudinis dona sūt non secundum rei veritatē, sed secundū falsam hominū estimationem. Ideoque dixit Psaltes: Dextera eorū, dextera iniquitatis. O quā plenus mundus est huiusmodi ini quis honribus: Quorum Deus vēter est, & gloria in confusione ipsorū. Infælix ille Nabal Carmeli reb^o suis seruiēs, ipsis mancipatus, & subiugatus erat: nō Dominus sed rerū seruus, eo ut virtuti cuncta præferret, & etiam quos in monte Carmelo greges pascebat magis amabat, quā ipsum Deū diligenter, aut potius cui obstreitus erat, videlicet David: qui tot tamq; innumerā in illum beneficia contulerat debitum rependere: ita ut cùm ipse ad maximam penuriam deuenisset & sui similiter, ipse Nabal inter opiparas dapes temulentus, tam grande celebrauit conuiuum, de quo scriptura ait, qđ fecit conuiuum quasi conuiuum Regis, adhuc tamen insulse satis nuncijs David respondit, & insolenter, dicens: Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonorib^o meis, & dabo viris, quos nescio, vnde sint? Sic sui criminis debitū pretiū Deus dedit Nabal, & meritas sibi, quas modò pœnas luit, imposuit: quē intra decem dies occidit: & cui tempus suggesterat pœnitēdi, nec tamē ansam salutis arripuit, tandem morte periens in gehennalibus flammis sepultus est. Nō secus hanc eadem pœnam subibunt, qui dexteram sinistrā faciunt:

Phil. 3.

1. Reg. 25.

CONCIO. IIII.

107

ciunt: & contra. Atque homines eiusdem genij sunt ut ipso Deo cætera præferant. Quæ oninia emanant ex eo, quod Dei obliuiscuntur, reliqua huius sæculi terrena mente fixa tenent. Fauxit Deus ut supernis non fruar bonis, nec illi optatam faciem videam, & omnia bona vera animæ meæ non in me veniant, sed cuncta discedant à me si non meminero tui ô Hierusalē, & mihi dulcis Sion.

Potest ēt intelligi per dexterā virtus, & operatio studiosa, q̄a ipsa dextera fit quicquid honorificè studiosè, & laudabiliter fit.

Obliuioni detur dextera mea.)

Hoc est, non accepta sint Deo, nec remuneretur opera mea. Obliuisci enim dicitur, cùm nō suggerit, aut opitulatur Deus. Vnde in Psal. habetur: Vsquequo obliuisceris me in finem? Et alibi: Obliuisceris in opia nostræ, & tribulationis nostræ. Vel sic: Non vtrà Deus recordetur subuenire dexteræ meæ: nec amplius auxilium opemq; ferat mihi. Solet enim Dei protectio per assistentiam dexteræ Dei significari: vt in Psalmo: Dominus custodit te: Dominus protectione tua, super manum dexteram tuam.

psal. 12.

psal. 43.

psal. 120.

Aduerte autem quod populus Hebræorum non tantum plorat captiuitatem suā, quantum ipsum casum, & miserabilem ruinam Hierusalem: & sic in primordio istius Psalmi rationem sui luctus reddentes dixerunt; Dum recordare mur tui Sion: super flumina Babylonis sedim⁹ & fleuimus.) O Sion, tuam p̄oramus misericordem ruinam, & duram vicem dolemus tuam: facta sub tributo es, quæ domina gentium quōdam fuisti. Ethic dicit: Adh̄reat lingua mea Tren. 1. faucibus meis, si non meminero tui. Hoc, parce

O 5 re can-

recantibus, & fidibus, & organis suis: hoc instrumenta suspendere sua, non tantum pro miserae suae captiuitatis dolore faciebant, quam quod meminissent Sion, & labefactata Hierusalem. Nam vera charitas magis pro laborib⁹, & calamitatibus sui proximi dolere debet, quam de suis persecutionibus. Egregius ille protomartyr Stephanus inter aceruos lapidantium miseram sortem magis dolebat. Et ita pro suis doloribus non conqueritur, sed pro suis hostibus dolens, dixit ad Deum: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et sanctorum Princeps Christus in

Act. 7.

ara Crucis torridus, & liuore confectus, & ipsi affixus patibulo, oblitus dolorum suorum, magis angebatur pro inimicorum ruina: & sic pro

Luc. 23.

illis grauit ad patrem dicēs. Pater ignosce illis nesciunt enim quid faciunt. Ovtinam in nostri sæculi diuitum peccatoribus hæc charitas arderet: & eximiam, quam adhibent curam in suis vel minimis necessitatib⁹ fauendis, non nihil haberent studij in succurrenda pauperum miseria. Porrò si charitatis ignem haberent & proximorum mala, & penuriam sentirent, sicut & propriam requirunt nuditatem, non utique egenos fame perire passim cerneret; nec tanta viduarum, seu coelibum pauperies vigeret. Non sic ille propè diuinus Apostolus faciebat, qui propterea quod aliena, tamquam sua mala sentiebat, dixit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non voror? Et alibi pro suorum salute proximorū cupiebat

2. Cor. 11.

& ipse mala pati, dicens: Optabam enim ego anathema esse à Christo pro fratribus meis. Sanctus ille Domini præcursor ergastulo inclusus, & ligatus catenis, magis dolebat suorum discipulorum cætitatē, quam suam propriam calamita-

Rom. 9.

CONCIO IIII.

108

tem, & afflictionem. Quamobrem ad Christum *Math. II.* misit eos, ut sic mirabilia Christi opera cernen-
tes, eū nosſent, & suæ cœcitatatis tenebras abole-
rēt. Ipſe namq; glorioſus Baptiſta noxam suo-
rum magis ſentiebat, quā ſui atri carceris vin-
cula horreter. Et ita ſuæ iuſtitię, aut libertatis
cura eū non tenebat: ſed ſuorū diſcipulorū ig-
norantia cōtristabat, & eorum ſalutis illum ma-
ximè angebat. O chariſſime, Deum precare, vt
in tuum piſſimus ingerat pectus ſyncerā pro-
ximorum charitatē: vt quodā animi feruore, in
ſtar optimi Christi ſectatoris, magis eorum rui-
nā doleas, quā pro tuis afflictionib. te excru-
ces. Nō fecus Hebræi fecere, qui modulamina, &
pſalmodiā, omniaq; muſices instrumenta abdi-
cabant, nec prorsus oblectari volebant, dum re-
cordabantur Hieruſalem, nec fore ſibi latan-
dum ducebant, donec in priftinam gloriam re-
ſtitutā eam cerferent. Vnde ſubsequens carmē
addunt, dicentes: Si non proposuero Hieruſalē
in principio lātitia meæ.) In Græco habetur,
Εάν μή προαντάς αρια, hoc eſt, ſi non præpo-
ſuero. Si nō prætulero luſtam Hieruſalem, &
eius dolorem omni gandio Babylonis. Omni-
namq; terræ gaudio, & lātitia, gaudiū Dei præ-
re debet: & omnib. præferri. Amplectere huius
ſacculi prædia, at pr̄ omnib. diliges Deū, diues
eſto, opib. abūda: dum modò aternas diuitias
grandiores reputes, & incōprehensibilis mēſu-
ræ. Nō peccat diues eo quod diues ſit, non præ-
ſes, nō coniugati, nec qui illecebris educātur:
verū quod nocet, illud eſt, hæc omnia magis, q
ipſum Deum diligere. Modò recordatio Sion
ſacculi memoria præferenda eſt: & lātitia Hie-
ruſalem, gaudio Babylonis . Quamuis mihi
Pabylo-

IN P S A L . CXXXVI.

Babylonis delitię sint, per eam si nō proposuerō Hierusalem in principio lētitiae meae, malū sit mihi, si illā omnibus non prætulero. Nam in pectore meo spiritus gaudia vigebunt, & bona Dei meā reficiant animam: magis quām prædia terre. Attendite, & videte. Lex. n. Dei non priuat nos terrae gaudijs, nec nos ridere vetat. Verūm ne his abutamur nos admonet, atq; iubet, videlicet, quod gaudia Babylonis ne dēt in obliuionē gaudia Sion: nec in vilipendiu tradant præmia Hierusalē. Sic. n. habetur in Deuteron. quod dixit Dñs ad populu suū Israel, per os Moysi: Obserua, & cane ne quādo obliuiscaris Domini Dei tui: & negligas mandata eius, atq; iudicia, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie. Neque postquam comederis, & satiates fueris, & domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, eleuetur cor tuum, & nō reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti: & de domo seruitutis. Et Apostolus: Induimisi Dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Vbi Paulus nō præcipit nobis, ne lētemur, aut gaudeamus, & induamur, &c. sed quòd illud non sit in desiderijs, & quasi effræni equi currentes, aut quasi nonnulli hominum faciunt audē & effrænatè suos quosq; affectus sectantes, in vitijs se voluntantes. Hoc nimirum est, quod fieri vetat, quod fugiam⁹ admonet. Curā carnis habete vos, sed non in desiderijs; tamquā gentes, quæ ignorant Deum in passione desiderij, & quasi bruta, quæ ducuntur passionibus suis, nec rationē habent. Vnde liquet non consistere damnū in diuitijs, seu dapibus, aut vestibus: sed in horū abusu, & inordinato affectu. Itaq; si gaudium aliquod, et

Deu. 8.

Roms. 13.

læti-

C O N C I O . IIII.

109

lætitia nobis offertur: in qualibet occasione lætitiae occurrēte, pri^o nostræ captiuitatis, in qua nunc degimus, miseram ob oculos ponamus, quām lætitiae dedamus nosmetipſos: vt hoc modo admixtione doloris velut misceatur, ac tēperetur nostrū gaudium: ne fiat gaudiū nostrū effusum & maius quām exulem, & captiuitatis filiū deceat. Ruben filius senior Iacob, quoniā dormierat cum Bala nouerca sua, & patris sui Iacob vxore, postea pater dixit ei: Effusus es finit aqua. Quasi aqua, quæ funditur, quæ nullū vestigiū sui in vase relinqt, nec saporis, odoris ve: sic effrēnatè & quadā nimia auditate peccasti, & quasi bestia absque villa Dei, siue mortis recordatiōe, nec incestus, quā commisisti, & iniuriæ, qua patrem tuū affecisti. Plerosq; videas peccatores, qui sunt quasi equis & mul^o (vt inquit Psaltes) in quib^{nō} est intellect^o: quos non tenet horror, ipsiq;tā effrēnatè peccant, vt nihil Psalm. 31. eos contraxisse pœniteat. Vasa, quæ in se alios continēt liquores, vt balsamū, oleum, vinū, lac &c. hæc si fundas nihilominus remanet in vase aut odor, aut color, &c. aut aliquod horū vestigium: quo cernitur, talē in se continuisse liquore. At cū funditur aqua, nihil omnino invaseremaneat, nec vestigium eius. Cauetibi, ô homo, ne forsan si peccaueris, fūdaris velut aqua prorsus oblitus Dei: sed siste gradū parumper, & cōfidera prius omniū horum finem, & te pudebit peccare. Verū quoniā multi in secundis rebus & dolosis, nec veris huius facili voluntatibus sine aliquo termino, nec ratiōe peccare cōsuerūt, vult piissimus Deus angūtias, & labores cū his bonis miscere, & tēperare, ne corruam^o. Osee. 2. Sic per Oseā animæ peccatrici, quæ dicebat: Vadam

IN P S A L. C X X X V I.

dām pōst amatores meos qui dant pañes mihi,
 & aquas meas, & lanā meatū, & linū meū, & pō-
 tum meum. Subdit Dominus: Propter hoc ēgo
 sepiam viā tuam spinis. Ideo. n. Deus viam no-
 strā sepit spinis: quia effrēnate delinquim⁹. Spi-
 næ namq; & tribuli pungunt, & male tōrquēt.
 Sic etiā in anima peccatrice De⁹ tribulos sepit,
 qui pungant, fodiant & dilacerent malam & la-
 befactatam eius conscientiā. Cuncta sēculi gau-
 dia mixta sunt amaritudine: cuncta mundi præ-
 dia dolore parta sunt. Omnes carnis volunta-
 tes, rēdīo constatæ sunt. Omnis eorū amor in o-
 diū conuertitur & luctū. Nec simpliciter eadē
 nobis adesse permisit De⁹. Aspice quidnā sacrā
 scriptura dicat de illo Amā. Egressus est itaq; il-
 lo die Aman lāetus & alacertcumq; vidisset Mar-

H. fl. 5. dochāū sedentē ante fores palati⁹, & non solū
 nōassurresib⁹, sed neq; motū quidē de loco
 fessiōis suæ, indignatus eit valde. En quā sit co-
 mes & socia ira & indignatio huius sēculi gau-
 dijs. Et subdit scriptura deindē quod conuoca-
 uit Aman coniugē suam Zares, & amicos suos,
 & ostēdit eis magnitudinē & opulentia diuitia-
 rū suarum, & dixit: Et cūm hēc omnia habeam
 nihil me habere puto quamdiu video Mardo-
 chaeum Iudæum sedētem ante fores regias, &c.
 Nunc licet considerare miseram horum sēculi
 magnatum, & principum fortem cūm paru⁹ do-
 lor, leuis tristitia & modica exacerbatio plus
 torquet animum eorū, & vrit, quā omnes sēcu-
 li delitiæ possint iucundare illos, sicut & hic te-
 mulentus confitetur Aman. Hoc ipsum Deus
 videtur facere, vt piissimus videlicet, vt cum in
 omnibus his verū, & completum gaudiū non
 inneniamus, omnē fiduciā, omnēniq; animi-

dēs.

desideriū ad alta tollamus, & in ipso locemus:
& hisce utamur saeculi rebus, tamquam viatores, & peregrini.

Nec mysterio carere videtur, dicere ibi: latitiae meæ. Hoc est Hierusalem ego preferā latitiae meæ. Nam iusti & Dei amici, honorem Dei, & communem utilitatem zelantes, suis lucris præponūt. De sancto illo sene Simeone inquit B. Lucas, quod expectabat consolationem Israel. Quo loco B. Ambrosius afferit. Benè iustus, quia non suam, sed populi gratiā requirebat. Utinā modò Deus huiusmodi hominū grādem suggereret nobis copiam, qui rem publicā moderarētur. Secus enim se res haberet, ac modo se habet. At iam illa ætas aduenit, de qua D. Paulus: Omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Ie su Christi. Oēs in peculiarib⁹, & priuatis, suisque lucris student, & hīmōi mundus scatet hōibus, q̄ sub zeli specie se autumāt pro cōmuni utilitate insudare, & quæ sua sunt, occultē prētēdūt. Phinees, quoniā peremit Madianitam illā summi Pontificij sedem obtinuit. Modo verò rari sunt, qui si viderint Dei honorem solo æquatum, illum ardēti pectore exigant. Apostolus Dei ad Timothæum scribens, & inter agendum de multis hominum vitijs, in hæc verba prorumpit: Instabunt tempora periculosa: Erunt homines seipſos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemati, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, &c. Horū quasi fundamētum, & petra malorū, & super quod alia nituntur, est proprius amor, et sic primū dixit. Erūt homines seipſos amantes. At nos gloriā nostrā ne Dei præferamus honoris: nec obliuiscamur Siō: quāuis fallax, & inimica caro ad suas

Phil. 9.

Luc. 7.

Num. 35.

1. Tim. 3.

I N P S A L . C X X X V I .

suas vanitates inducat. In omnibus, quæ fecerimus, Deum præ oculis habeamus, ut sancta cordis compunctione muniti eius gratiam obtinere valeamus, & postea præmium sempiternum. Amen.

C O N C I O . V .

Memor eslo Domine filiorum Edom, in die Hierusalem.

PLAÑVM, & satis superq; notum est, quod Isaac filius Abrahæ Patriachæ duos suscepit ex Rebecca liberos: quorū alter Esau, alter *Genes. 25.* Iacob dictus est. Iacob autē geminū nomen sortitus est. Nam cùm anteā Iacob diceretur, postea cum Angelo luctans, nouum illi nomē indidit Angelus, & imposuit illi Israel: quod est, *Genes. 32.* Vir Deū videns. Vnde liquet, quod ipse Iacob dupliciter nuncupatus est, videlicet, & Iacob, & Israel, à quo populū Dei descendisse legim⁹; quem Israeliticū appellamus, aut filios Iacob alio nomine. Hic populus à Deo electus, & legis diuinæ cultor, est ipse, de quo in nostro psalmo diximus, in miseram Babylonis captiuitatem fuisse redactum per Nabuzardam moderatorē exercitus Nabuchodonosor Regis, & eius militiæ equitū ducē sub imperio, & dura seruitute ipsi⁹ Nabuchodonosor constitutū. Similiter et Esau frater Iacob geminū nomē sortit⁹ est. Prius nāq; dict⁹ Esau, postea Edō nūcupatus est. Cū natus fuit, dictus est Esau, quia pilosus erat. Deniq; verò Edō appellatus est, quasi rubeus, p illo cibo lentium rubeo, quo frater suus Iacob illum cibauit, vt Gene. 25. scriptū est: & optimè ad-

C O N C I O . V.

ii

adnotat D. Hieronymus in primum caput Abdix Prophetæ: Et habitauit Esau in monte Seir, & filij & successores eius: vt in Genesi habetur. *Genes. 36.*
Porro Esau, Edom, & Seir, vnuſ & idem ſunt.
Vnde dēſcendentes ab Esau, dicitur filij Edom, horum habitatio Idumæa. Et quando Esaias dicit: *Eſaiæ 21.* Ad me clamat ex Seir: Et Ezechiel 35. Eccē *Ezecl. 35.* ego ad te mōs Seir: loquitur cum Idumæa, quæ montem Seir poſſidebat. Abdias aduersus Idumæam prophetauit: Hæc dicit Dominus Deus ab Edom. Itaque populus Israel, & Idumæa ex aduerso erant, quaſi duæ tribus à duobus gemellis, & fratribus dēſcendentes, videlicet Iacob, & Esau. Modò quando iſti Babylonij petierunt Hierusalem, & ascendentēs ciuitatem, & templum eius deſtruxerunt, captiuantes populum Israel, filij Edom, hoc eſt, Idumæi dēſcendentes ab Esau, auxiliaturi Iacob, non tamē fēcērē, ſed gauſi valde ſuppetias ferentes Chaldaeis, eis animū adhibebant, aduersus frātē Iacob, & Israel. Itaque populus Iacob à Chaldaeis, & pariter ab Idumæis perſecutionem tulit: & ideò propter hoc ipſe conqueritur de Edom in duobus ſubſequentibus verſibus, & in duobus reliquis, quibus cum Psalmuſ finitur, de ipſis Babylonijſ. Et notare licet quod populuſ Israel priuſ imploret Dei auxilium, & vindictam aduersus Edom apostrophāns ad Deū, & mox aduersus Babylonios. Nam qui varijs iſtibus trāſfixus eſt, priuſ dolet de maiori iſtu, qui eum magiſ torquet. Modò noſtrorum illata vulnera magiſ ſentimus, atque dolemuſ, quā aliorum, & exterorū inimicorū. Quippe qui, ſi forte ibi aliqua eueniret calamitas, aut proditio fieret, & noſſes filium tuū, ſiue fratrem, aut

P.

āmī-

IN PSAL CXXXVI.

amicum aduersus te suppetias ferre, planè hoc
maximè sentires, videns eum, qui auxilium, &
opem foret latus, proditorem factum esse.
Adhuc tamen apud Historiographos habetur,
inter quos Suetonius Tráquillus scribit, quod
quando illi conspirauerunt ut Cæfarem inter-
ficerent, quem in Senatu ignominiosè interfe-
xerunt: at Cæsar videns Brutum, quem eximio
amore prosequebatur, & tanquam primogeni-
tum suæ rei familiaris hæredem creauit, inter
proditores, & sicarios esse, hic dolor maximè
illum torcit, & super omnia vulnera sensit, di-
cens. Et tu fili? Et Regius Psaltes inquit, Homo
pacis meæ, in quo sperauit, magnificauit super
me supplantationem, &c. Quoniam verò Isra-
el fratri Esau fibi illatæ iniuriæ magis doluit,
sic prius de Idumæa, & Edom conqueritur, quā
de Babylonij, & vindictam à Deo postulans,
& oculos in alta tendens, dicit. Memor esto do-
mine, filiorum Edom in die Hierusalem.) Ora-
tio est ecliptica, hoc est, defectum patiens, cu-
ijsmodi esse solent orationes imprecatoria, ut
ipsa etiam loquendi forma, animi indignatio,
& rei indignitas, pro qua sit imprecatio, ostend-
atur. Vocat diem Hierusalem, diem desolatio-
nis, & destructionis eius, cùm ab ipsis Chaldæ-
is dissipata est. Ad hunc sensum habet intelligi
illud Ecclesiastici: Mihi heri, tibi Hodie. Hodie
tribulor & persecutionem patior: cras éadem
patieris tu. & illud Psalmi: Dominus irridebit
eum: quoniam prospicit, quia venit dies eius.
Vbi de ipso peccatore loquitur, cuius diem vo-
cat supplicium eius, in cuius interitu Domi-
nus ridebit, & subsannabit eū. Similiter habeat
intelligi illud Hieremij. Diem hominis non

Psal. 40.

Eccles. 38.

Psal. 36.

Hier. 17.

C O N C I O V.

112

desiderauit, tu scis. Ac si diceret: Nemini malū optauit: sed pariter omnibus bonum desidero. Neminem anxiatum velim, sed omnium exopto solatum. Nunc verò loquens Israel, ac si diceret. Memeto Domine filiorum Edom, &c. Protector noster, Deus Israel, da filiis Edom secundum scelera sua. Ne obliuiscaris Domine, iustitiae tuæ: & ea animaduersione illos affice, quam versutia illorū postulare videtur, quippe cùm in die desolationis Hierusalem cùm hostes irruerent in nos, ut captiuos nos ducerent. Ipsi quoq; confines nostri, & qui velut fratres nobis suppetias laturi essent, & opem ferre deberent, defendantes nos ab ipsis: veruntamen conciliati aduersus nos iram inimicorū acuebant, & illis animum adhibentes, cum quodā imperio clamantes, dicebant. Exinanite, exinanite, vsq; ad fundamentum in ea. Memento Domine, ne tam sensualido, & tyrannis impunè relinquatur. Aegrè tulerat Idumæa videns fölicem sortē fratri, ac confiniis sui Israel, & postea in afflictionib. eius gaudebat, & oblectabatur. In quibusnā vigebat & ardebat liuor? Inter fratres. Ea est nostri sœculi calamitas, ad eūstatū res puenit, ut inter cognatos, & consanguinitate affines reperiatur inuidia. Nec ita molestè fratres vidēs extraneū, & alienigenā ad magnā honoris sedē aspirasse, q; cū huiusmodi frater, aut tibi notus est. Dum quis videt aliū sibi coœuum, qui ab ineunte etate conuenerunt inter se, & prima rudimenta literaria adhuc paruuili didicere & trocho, calculisve ludebant pariter incedentes, modò eundem cernens in grandi statu, & honoris culmine sublimatum, peculiariter tamen, si, ut rerum est vicissitudo,

IN PSAL. CXXXVI.

& sua aduersa fors subditū illi traxit, hoc mō
lestum, satis superque graue nostræ naturæ vi-
detur. Nec facilē fert, & eum malē torquet. Ita
prorsus filij Iacob grauiter ferentes quod suus
frater Ioseph eis dominaretur, quem quo ani-
mo Aegyptij tulerunt, & libenter ei obtempe-
rārunt extranei, quem sui fratres vendiderant.
Horrendum, impiumque est, & execrāndū val-
dē de proximorum laboribus, & aduersis oble-
ctari, & pro bonis fratribus sui pœnitere. Quisna
Regem Dauid adeò vexauit, & varijs persecu-
tionibus, & insidijs usque quaque confusus ei
mortem paravit? Saulis inuidia, quæ pectori
suo hærens feruebat, eo quod foeminæ Israel
choros ducentes canebant: Saul percussit mil-
le, Dauid decem millia. Et filius suus Absalon
magna ambitione & libidine correptus, patris
sui regnum usurpare cōnatus est. Numquid
Christum Dominum crucis patibulo aliud af-
fixit, quam hæc dira nimis, & truculēta bestia?
Sanctus Ioannes de Pilato inquit, quod sciebat
quia propter inuidiam tradidissent eum. Hunc
autem liuorem non Arabes, nec Proselyti ha-
buere, sed ipsi Iudæi: & ita dixit illi. Gens tua,
& Pontifices tui, tradiderunt te mihi. Gens tua
(inquit) quasi domestici tui, & quos tu educa-
sti. Mirabile erat illud Heli Sacerdotis: de quo
sacra Scriptura inquit, quod non poterat vide-
re lucernam, donec extinguebatur, eo quod de-
bilissimum organum visus haberet. Sic quoq;
qui inuidia flagrant assistere nequeunt bonis
aliorum operibus, quæ irrita facere student, &
pro suis virib. tenebris offundere contendunt.
Hi solū aliena crimina coniectant, his alun-
tur, & oblectantur, hæc obseruant, ut alijs obij-
ciant.

Genes. 37.

Genes. 41.

1. Reg. 18.

Ioan. 19.

1. Reg. 3.

CONCIO IIII.

113

ciant. Nec præclara studiosorum facinora ali-
qualiter cernunt: quinimò tanquam líppi co-
ruscatione fulgoris bonorum lèduntur. Dum
sus quandam hortulum rosis confitum ingre-
ditur, ibi sterlus, in quo volutetur, cernens, ad
idem currit, minimè de floribus curans. Non
secus habet ingenium malorum, qui velut scá-
rabeí limo aluntur, quærentes proximorū de-
fectus, in quibus suam libidinem exercentes,
viuant; Parvulum occidit inuidia: inquit Iob.
Tob 5.
Id est, cordis inopem, & strictum occidit inui-
dia. Nam èd pusillanimes sunt, & miserabiles,
vt illud, quo reliqui viuunt, illis noceat, & ful-
gēs vita iusti illis mors est. Num maiorem hac
vidisti miseriam, & animi mendicitatem? Pro-
pterea aptissimus locus, & congrua sedes inui-
do Infernus est. Nam dico mihi, quid in cœlo
inuidus faciet? Si fieri posset, vt liuore cor-
reptus qui est, cœlum ingredieretur, quidnam
sibi futurum esset? quippè inuidia tabefactus,
præ nimio dolore videns sanctorum gloriam
tandem rueret. Nam inuidia est tristitia de bo-
no alieno: quid si bonum illud, & gaudiū per-
enne est? Ideoque proprius sibi, & accómoda-
tissimus locus, barathrum est, & sedes Inferni,
vbi perfecta miseria, & ingens luctus, liuidus
inter liuidos. Et siquidem tam egregiam, tam-
que splendidam sedem obtinent, quiescerere re-
linquamus eos. Modò Idumæa sui fratrī Isra-
el fœlices euentus, & sortem optimā, & quod
populus Iacob esset populus Dei dilectus, & fi-
lii Edom substituti Israel, & subiecti. Nam Re-
gius Dauid imposuit tributum Idumææ, quod
solueret populo Israel, & cum huius rei inui-
dia causa esset sui mœroris, nunc misera ruina
2. Reg. 8.

IN PSAL. CXXXVI.

Israel gratulabantur, & hostibus animum adhibebant, quo dolore transfixi filii Iacob ad Deum conuersi, de illorum tyrannide conquentes, dicunt. Memor esto, Domine filiorum Edom.)

Sed dicet aliquis: ut quid hoc? Numquid iusti aduersus hostes vindictam efflagitant? Numquid gaudent pro damnis suorum inimicorum, & obrectantium, seu desiderant, ut ira Dei descendat super eos: Vnde licet notare, quod hoc ipsum, quod asseritur hic, quavis videatur imprecatoria oratio, quia huius specie fortitur, & quasi affectus vindictæ in ea ostenditur, secundum tamen rei veritatem longè res se habet. Nam est quædam prophetia, in qua egregius Psaltes durâ Idumææ animaduerzionem venturâ prædixit, ob tyrannidem, quam in fratrem suum Iacob exercuit. Sic enim postea cõtigit. Nā occulto Dei iudicio funditus euerfa, & destruxta fuit, ut habetur apud Herodotum, & in libro Danielis, & in lib. Iudith, exarata Cambysis Syriæ Regis manu, alio nomine, Nabuchodonosor, appellatus: q̄ mittēs sui exercitus ducē Holofernē cum maxima copia, obiter expugnauit Syriam, Sobal, & vniuersam Apamiā, & Mesopotamiam. Venit tandem in Idumæam, vbi die bus triginta commoratus est, quam desolatam reliquit. Sic noster Propheta in hoc p̄dixit psalmō, sub stylo, & modo orationis, & efflagitatæ deprecationis. Nā, ea quæ ventura sunt, varijs modis solent prædicere Prophetæ. Sic cū Eliseus Propheta ascēdit Hierico visere Dei Prophetas, & de reb⁹ diuinis sermonē facerent, inquit Scriptura, quod quidā pueri forsan impulsi à suis parentib. idololatriis, ut illū subsannarent,

& exe-

& exeuntes obuiā ei dicerēt illi. Calue a scēde,
ascende calue: & ait Scriptura quod maledixit 4. R̄g. 2.
eis in nomine Domini, & statim exierunt duo
v̄rsi de medio nemoris, & occiderunt ex illis
quadraginta duos parulos. Nūquid S. Prophe-
ta ira, aut indignatiōe mot⁹ illis maledixit? Ne
quaquā. Nā h̄ec nō fuit maledictio, neq; execra-
tio, sed prophetiā verificatio, & perfectio sub
maledictionis nomine. Deus namq; Heliæo re-
uelauerat horū puerorū necem, quā ille prædi-
xit, & prophetauit, non secus, ac si dixisset. Exi-
bunt duo v̄rsi, & dilacerabunt eos. Sic etiam in
psālmo illo: Deus laudem meā ne tacueris, &c. Psal. 103.
Cōstitue super eū peccatorem, & diabolus stet
à dextris eius. Vbi præsens optatiui sortitur vi-
cē futuri præsentis. cūm iudicatur, exeat con-
dēnatus, & fiat oratio eius in peccatū. Fiant di-
es eius pauci, & episcopatū eius accipiat alter.
Et huiusmodi reliqua, inq̄t veritas Hebraica.
Fient dies eius pauci, & episcopatū eius accipi-
et alter. Constitues super eum peccatorem, &
diabolus stabit, &c. Omnia h̄ec optatiua, resol-
uenda sunt per futura, quæ quodam quasi Dei
spiritu dauid delibutus prædicebat, & peccato-
ribus mala euentura prophetabat. Non quidē
Regi⁹ ipse Propheta animo impuro, aut aliquo
affectu vindictæ id proferebat, sed spiritu Pro-
phetico enunciabat. Eodem modo se habet in
hoc loco. Nam cūm dicit:

Memor esto, Domine, filiorum Edom.) hoc
est, scio, Domine, quđ recordaberis filiorū E-
dom, & futurum est, vt recorderis eorum, &
iram tuam in eos exercebis: & debitum sui cri-
minis preciū obtinebūt, dum venerit Holofer-
nes, & dissipabit eos. Hoc ipsum, quod noster

IN PSAL. CXXXVI.

Regius Psaltes prædictit, idem omnino alij dico
Prophetæ satis insignes, nimirum Hieremias,
& Abdias, prophetarunt. Ipse quidem Hieremias tanquam oculatus testis, & proprijs oculis Idumææ ruinam vidit, dum Chaldaeï defolauerunt Hierusalem, ipse mansit in monte Sion fixis inuicem manibus, humique fixus, miseram Hierusalem sortem fleuit amare, & tactus cordis dolore prorupit aduersus Edom dicens: Visitabit iniuriam tuam filia Edom, disconcooperiet peccata tua, &c. Similiter Abdias Prophetans Edom, dixit. Visio Abdiae. Hec dicit Dominus ad Edom, &c. Denique postquam multa flagella retulit superventura illi, huius rationem reddit euentus dices: Propter imperfectiōnem, & iniuriam in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. Ex præfatis planè colligitur inichorum supplicia, & quanta maxima cum eorum confusione sua Deus manifestabit peccata, & quod Idumæa usquequaq; peribit. O quanta confusio, & qualiter erit dolor in die illa, quando maximus Deus abdita eoru criminā nota faciet, & cogitationes cordium perscrutabitur. Cum venerit in nouissimo die Christus Dominus (ait Paulus) illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quid erit tibi o peccator, in illa die cū Deus animaduertens interficit in Edom, qui socius fuisti ei in malitia, & in tyranide confors, & in inuidia similis: & disconcooperiet peccata tua? Quid dices? quid respondebis? Quoniam te vertes, cū videris, quod nimium abdita & occulta inimicis tuis patebunt? Tunc fiet scrutinium nostrorum cordiū, & uniuersis patebunt, que peculiaribus amicis horre-

Tren. 4.

Cerin. 4.

C O N C I O V.

115

horrebamus ostendere. Iudicium Domini cū habitatoribus terræ, ait S. Propheta Oseas. Non est enim veritas, non est misericordia, & nō est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit.

Hæc, & similia crima acerrimè Deus puniet, quamuis tacere modo videatur, & nobiscum dissimulare, & limis quasi oculis nostra opera inspicere. Quando filij Israel iussu Dei exierūt de Aegypto ad terram Promissionis, iter facientes per desertum, occurrit eis Amalech, quibus cū durum certamen iniit. Hoc Deus ipso tempore videns tacuit: verū post quadringéatos annos, vocavit Deus Samuel cui præcepit, ut diceret Saul Regi Israel hæc verba. Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli: quomo^ddo restitit ei in via, cū ascēderet de Aegypto. *I. Reg. 15.*
 Nunc vade, & percutie Amalech, & demolire vniuersa eius. Interfice à viro vsque ad mulierem, & parvulum, &c. Putabant illi Amalechitæ non vltra sui maximi peccati Deum recordaturum: quibus inopinatè suus dies accessit, & misera eos calamitas obsedit, & pretium sui facti tulerunt. Sic tibi eueniet, qui multiplicas peccata, & insuper addis: qui & Deum dormire existimas nec te pudet. Putas Deum iniustū esse, aut verò quod nostra delicta non puniet? Putas eum aliqualiter insciūm, nec prorsus sapientem esse, vel quicquid facis ignorare, aut quicquid cogitas, illum latere? Putas quod sit Deus tuorum palliator criminum, aut quod tu is fauebit peccatis? Iudicio contendam tecum, quia dixisti, non peccaui, ait Dominus per Hieremiam. *Sicut euertit Deus Idumæam, & qua-*

*Exod. 17.**I. Reg. 15.**Jerem. 2.*

IN PSAL. CXXXVI.

Eccles. 9.

fauit Amalech, sic in nouissimo die tecum faciet, quorum memoriam ex terra delebit. Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capientur homines in tempore malo, cum eis exemplò superuenerit mors. Ibi sectio vitiorum in fasciculos fiet, & peccatorum plena combustio: ubi etiam apparebūt cogitationes, & pectoris arcana. In magni iudicij die lustrabit Hierusalē facibus, & lucernis, ut ipse per Sophoniā dixit. Et erit in tempore illo, & scrutabor in Hierusalē lucernis: & visitabo super viros defixos in fecib⁹ suis. Ibi confusio magna erit, & dura nimis delictorū animaduersio fiet. Hæc superueniūt eis, qui quasi effrænes equi, Deum, quē nihil fugit, vicissim offendūt: ipse in vanitatib⁹. volutatos, virgis, & flagellis visitabit. Et quoniā in illo tremendo iudicio nō modò punientur peccata, sed prius eorum adiacentia, & quæ agrauant culpā, examinabuntur, peculiariter tyrānis, & acerbitas filiorum Edom, qui Chaldæos alloquentes, & ad malū, animum adhibentes, dicebāt. Exinanite, exinate. &c. D. Aug, legit: Euacuate, euacuate: quod idem pollet. Est. n. quasi similitudo, & metaphora cisternæ, veluti, si dicent: Euacuate, euacuate funditus, & exhauste omnē consolationem, & lætitia eius. Nec vestigiū aliquod, nec lapis remansit in Hierusalem. Nō semel duntaxat dicunt: Exinanite: sed vicissim repetunt, ut ostendatur magis eorū furor, & impetus verborum, quibus irruerbat, animū adhibentes Chaldæis, dicentes. Pereant, pereant hi, dissipate, dissipate eos. Auferte nomē eorū de terra: & nō memorentur ampli⁹, nec sit Israel ultra. Vide quā exactā curā iniqui adhibent, ut suos expleat affetus:

Sophoniā. 1.

C O N C I O V.

110

Etus:quā rectā pergunt versus Infernū:Mirabile quidem est, solicitā exactoris curam videre in exigēdis redditib⁹, quos miser agricola non legit, vt in ergastuli tenebras mitti iubet:vt soluat debitū. Porrò scribæ, & notarij, & formula rum cautores eō intendūt vt aliorū loculos ex hauriant, & venā crumenæ scindant. Et simili-
 ter cōtractores vt rē familiarē sibi comparent,
 quā solliciti & yndiq, nundinas huc, illuc lustrāt, nec quiescūt. Insuper luxuriosi, & libidi-
 nosi, vt sui affectus igniti desiderium cōpleant,
 quā solicitā curam gerūt. Omnes cōuersi sunt
 ad cursum suum, quasi equus impetu vadēs ad
 præliū: inquit Hier. & quasi effrænes suas quiq;
 sectātur voluptates, & tanquā sues in limo volu-
 tantur. Oēs sunt ad malū propensi. Veloces pe- Hierem. 8.
Psal. 13.
 des eorum ad effundendū sanguinē, omne peri-
 culū subire nō formidāt, dūmodū, quod arden-
 ti animo sectātur, obtineāt. Oēm substantiā cō-
 sumūt, vt seruiāt voluptatib⁹ suis, & illecebris,
 & valetudini indulgeāt. Vnde Dñs per Hiere-
 miā cōqueritur, dicēs. Nonne vides, quid isti fa-
 ciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē?
 Filij colligunt ligna, & patres succendūt ig-
 nē, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant
 placenta s Reginæ coeli, & libēt Dijs alienis, &
 me ad iracundiā prouocent. Et impiorum op⁹,
 & quā sint dæmonis seruituti deuoti, & sub illius vexillo militātes aduersus Deū. Hæc dira
 solicitudo similis est illi, quā Balac Moabitarū
 Rex adhibuit, vt Balaā populo Dei maledice-
 ret. Qui in quendā locum duxit eū, quem cùm Ierem. 7.
Num. 23.
 benedixisset Balaam, Rex ad alium locum tran-
 stulit, & mox ad alium, vt sic vbiq; translatus
 forsitan alicubi malediceret, & sic tantā curā ad
 hibuit,

IN PSAL. CXXXVI.

hibuit, ne defectu impensæ curæ populus, quæ Deus benedixit, maledictus fieret. Idem cauillatores illi & versuti Pharisæi intenderunt, cū Christus cœcum à nativitate sua illuminauit: qui mox eius facti mirifici iudiciū ab ipso cœco exigunt. At postquam confitetur Christum hominem frugi, & eximię sanctitatis dono præditum esse, illum parentes eius vocant, & postea cœcum ipsum seducunt, hanc exactam operam, & peculiarem solitudinem impendunt, ut suæ depravatæ intentionis affectum habent, videlicet honorem & famam Christi obscurare. O vtinam tantam curam homines adhicerent in exequendis Dominicis præceptis, quantam impij adhibent in sibi illatis iniurijs vindicandis. Non secus Idumæi ira incensi & indignatione tabefacti, maximo spiritu, & furore solicitabant Chaldæos dicentes: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Nō vtcunque euacuate illam, sed usque ad fundamentum. Ne vestigium aliquod eius relinquatis, nec nomen ultrà sit illi. Ingenium impiorum est, nomen bonorum euacuare, & funditus eradicare: vt nec memoria eorum remaneat. Sic illi perfidi hostes, qui Christum Dominum iustorum maximè iustum persecuti fuere, vt optimè Hieremias prædictus nobis. Cogitauerunt impij super me consilia dicentes: Mitemus lignum in panem eius, & eradamus eū de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius. Solent apud quasdam prouincias, & Regna, cùm volunt semen aliquod humi iactare, vt eradicent quæ dudum triticum germinauit, postquam segetes messæ sunt, mittere lignum magnum, & ponderosum valde fixis

Terem. II.

sibi

C O N C I O V.

m

fibi cuspidibus, quo cūm humum colentes fun
ditūs omnes segetum radices euellunt, ita vt
tritici, vestigium nullū prorsus sit, nec messis.
Hoc eodem modo (vt hac metaphora vtamur)
isti sibi volunt, quōd tam dira & ingens erit af
fectio eorum, vt Christum persequantur, & li
gnum crucis valdē onerosum, vt tam grandi
pondere suā acerbissimā passionis, vsquequa
que deiectus, ignominiosus, & sine aliqua glo
ria, & honore maneat, ita vt memoria eius fun
ditūs deleatur. Secus tamen solet contingere,
ac sua fert opinio, & animus. Nam per eadem
omnīnō media, quibus iustorum honorem de
ijcere, & obscurare intendunt, & gloriæ eorū
tenebras offundere, eisdem, inquam, medijs cū
maximo trophæo etiam in hoc sæculo Deus e
rigit gloriam eorum. Nam quis vnquam mor
talium tam immortali se condidit fama, quam
Christi Domini gloria viget? Nec alicuius no
men glorioius, & honorificentius propagatū
est, ac Christi nomen, quod vbique gentiū iam
habetur, & ipse tamquam verus Dei filius, ado
ratur. Nunquid Hannibal, Magnus Alexander,
Cæsar, Augustus, aut Pompeius, Traianus, vel
ex principibus quisquam tantam sibi in hoc sæ
culo famam præscripsere, aut in futūrum tam
celebre nomen compararunt? Nequaquam. Aut
quisnam horum pro Deo habitus? Nullus om
nīnō. Ipse solus est qui optimè meritus fuit, vt
tantū sibi compararet honorem. Hoc magnū
quippè nomen per crucis passionem obtinuit,
quod planè B. Apostolus in illa epistola ad He
bræos, nobis significauit. Videmus Iesum pro
pter passionem mortis, gloria & honore coro
natum, & alibi. Humiliauit semetipsum, factus Philip. 2.
obedi-

IN PSAL. CXXXVI.

obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Hic, non men, pro fama, accipitur, iuxta illud Sapientis: Melius est bonum nomen, quam diuitiae multe. Quod si Apostolus subdit: Ut in nomine Iesu omne genu flectatur: non sibi vult, quod per passionem inditum sit illi nomen Iesu, nam ante quam pateretur, hoc sibi nomine erat. Nisi quod in nomine Iesu, quod ante non colebatur, nunc omnis creatura humilietur, quoniam ipse, qui hoc nomen fortius est ubique gentium profilio Dei veneratur, & colitur, & quod omne genu flectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum. Hoc dixit pro immortali fama apud omnes, quam per arma suæ passionis acquisiuit in terris. Itaque qua via intendebant impij eius labefactare honoré, eadem via priscis stemmatibus hunc crucis immortalem, & sempiternum ubique condiderunt. Dixerunt enim impij, nō recte cogitantes: Mittam lignum in panem eius, & nomen eius non memoretur amplius. Quod secus euenit. Velut filij Jacob memoriam fratris sui Joseph volentes delere, & prorsus abolere, deiijciendo eum, quem etiam Ismaelitis vendere. Et quidem sibi met imperfuerunt, quosq; sua fefellit opinio. Nam ipsa via exaltauit illum Deus & Regem Aegyptiorum constituit, & tandem fratres eius adorauerunt eum. Impij viri suum nomen perpetuare conantur, sicut illi erigentes turrim Babel. Veruntamen perij memoria eorum cū sonitu, & Deus disperdidit eos, & euacauit vanitatem eorum. Student enim perennem sui nominis gloriam codere, & iustorum perdere famam,

Prone. 22.

Gene. 37.

Gene. 41.

Gene. 43.

Gene. 11.

Psal. 9.

Psal. 110.

mam, non videntes, quod scriptum est: In memoria æterna erit iustus, & quod in perpetuum manebit: ipsi verò perituri sunt. Quid ergo aduersus Hierusalem Idumæi loquuntur? Exinanite, exinanite, vsq; ad fundamentum in ea. Secus tamen erit: nam Hierusalem, & sanctum templum eius redificabitur: & tantam felicitatem obtinebit, quod Dominus Iesus deambulabit in Hierusalem, & sanctum templum eius ingredietur: Idumæa autem euertetur, ita ut nomen eius non memoretur amplius. Igitur dilectissimi fratres, nomina nostra in cœlis scribamus. Absit tamen alicuius gloriæ, aut nominis tenebras offundamus, aut aliqua labie alienum dehonestemus honorém. Nec tamen in aliorū calamitatibus oblectemur, nec eis, qui perse-
quuntur egenos, faueamus, sicut isti Idumæi faciebant: adhibentes animum Chaldeis aduersus populum Dei. Nec imitemur iniquos, nec zelemus eos, qui audiē suas voluptates sestantur, & quasi effrænes equi post suos currunt affectus, atque suis seruiunt idolis, mundo & carni. Quinimò sicut mali summo surgunt manè vt suos impléant affectus, quibus viuunt, & a-
luntur. Sic vos (o Christiani, & Dei famuli) ope-
ribus virtutis seruite, & summis lucubrationib-
us matutinis surgite, & vigilate, & primum
vobis quærite Regnum Dei, audientes rem sa-
cram, & egenis opem ferentes, vt sic Domino
famulantes, non desidia, sed quadam alacrita-
te, vt ipse nostri seruitij mercedem impen-
dere dignetur: qui viuit & re-
gnat in sæculorum sæ-
cula. Amen.

Matth. 6.

(.:)

C O N-

IN PSAL. CXXXVI.

CONCIO VI.

Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi
retributionem tuam, quam re-
tribuisti nobis.

Postquam Regius Psaltes in antè habitis ver-
sibus, malum Idumæe prædictum, propterea
quod Babylonios impulerat aduersus Isra-
el: modò sermonem suum ad Babylonem con-
uerit, tanquam suæ miseriae & calamitatis au-
tricem, qua cum loquens, dicit: Filia Babyloni-
nis misera: beatus qui retribuet tibi retributio-
nem, quam retribuisti nobis.) Phrasis Hebræa
est, dum filiam Babylonis nuncupat ipsam. Ve-
lut Zacharias, cum dixit: Exulta filia Sion. Et
Esaias quoque: Descende, sede in puluere, filia
Sion. Similiter dicuntur filij nuptiarum, qui
tradūtūr nuptijs, & filij mortis, qui digni mor-
te sunt. Misera, dicit Hieronymus legit. vastata: &
similiter in Hebreo habetur: vastata, quod est
sabefactata, & destructa. Nam iudicia Dei su-
peruentura Babylonii prædicens, tanquam cer-
tissimum quid & infallibile, vastata dicit, qua-
si ipsa re vastata esset iam. Nobis enim nihil
certius, quam quæ iam facta sunt, & præterie-
runt. Ob idque cum Prophetæ homines allo-
querentur, apud quos nihil evidentius, quam
ea, quæ facta sunt: ideo aliquando per tempus
præteritum, & non per futurum prophetabat.
Sic Regius David de Christi Domini incarna-
tione loquens, dicit: Descendit sicut pluia in
vellus, & de passione Dominica verba faciens,
ait: Insurrexerunt in me testes iniqui. & illud:
Fui flagellatus tota die. Foderunt manus meas,
& pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa
mea.

Zach. 9.

Esaie 47.

Psal. 71.

Psal. 26.

Psal. 72.

Psal. 21.

Psal. 68.

C O N C I O VI.

119

mea. Partiti sunt vestimenta mea. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, & pleraque alia, quæ in Prophetis paſſim inuenies. Sic Babylon, quæ vastanda erat, vastatam dicit. Modò Babylon misera & labefactata: beatus qui retribuet tibi, &c. Non habet intelligi verbum hoc, Beatus: sicut accepit *psal. I.* illud Regius Dauid in Psalmo: Beatur vir, qui *psal. III.* non abiit in consilio impiorum: aut quando di *psal. 40.* *xii:* Beatus vir qui timet Dominum: Et: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: sed sumitur pro optimè laude merito: nam actus, & executio iustitiae dei, optima, & laudabilis est. Et quemadmodum Esaias, Hieremias, & Ezechiel, & alij ex minoribus Prophetis prædixerunt destructionem Hierusalem: similiter vastationem Babylonis faciendam per Cyrum & Darium, qui eam desolauerunt, prædixere. Nolint autem putare hi, qui alios persequuntur, se impune laturos. Veniet namque tempus cum ferant pretium temeritatis suę. Deus enim maximus tanquam media instrumenta suæ iustitiae, impios sumit, ut visitet & corrigat electos suos, & filios, quos tenerè diligit, emendet. Postea vero non gaudebunt, qui alios persequuti sunt: Sic Deus per Esaiam loquens de *Esa. 10.* Rege Syriae: Assur virga furoris mei. Ipse est flagellum, quo visito dilectum mihi Israel. Veruntamen subdit paulò post ipse Propheta: Vae Assur, suscitabit super eum Dominus exercitum, flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virginem super mare. &cæt. Postquam enim Deus visitauit populum suum, confortatur eum, & illecebris demulcet: minatus Af-

Q

fur

IN PSAL. CXXXVI.

Sur & multa sibi mala euētūra prædicit. Velut
quidam pater, qui filiolū suum pro aliqua na-
nia flagellat, adhuc tamen plorātem paruūlum
teneris verbis sedat, & illi caput demulcet:
Noli flere filiole, noli flere, dilecte mi: & fla-
gellum dat puero ut igni tradat ipsum. Hoc
modo se gerit Deus cum iustis, qui, quasi vir-
gam suę iustitię sumit impios, ut iustos flagel-
let: quos tamen postea Deus in manibus iusto-
rum tradet, ut in ignem mittant eos Inferni. D.
Gregorius enarrat, quod quidam à Sicilia na-
uigantes, peruererunt ad insulam, quę dicitur
Lipara, vbi cōmorabatur quidam Eremita san-
ctitate eximius, qui illis dixit: Nescitis quod sit
mortuus Theodoricus Rex? Cui illi fidem non
adhibentes, dixerunt, id fieri nō posse, cūm he-
sterna die incolumē eum reliquissent & opti-
ma valetudine affectum: sic se res habet (ait san-
ctus Eremita) sicut vobis nunciaui. Heri namq;
Ioannes Papa, & Symmachus in barathrū Vul-
cani eum eiecerunt. Qui redeuntes in Siciliā,
inuenerūt quod in eadem hora vita defunctus
esset Rex, quā vir Dei signauerat eis. Hic Theo-
doricus Rex fuit Arrianus, qui Ioannem Papā,
virum celebri sanctitate insignitum persequen-
tus fuit, & tandem in vinculis, & carceribus
foelicem vitę cursum consummavit. Similiter
hic Rex tyrannus Symmachum senatorem Ro-
manum Christianissimum decapitauit. Ideoq;
dixit S. Eremita, quod Ioannes Papa, & Symma-
chus in Infernum illum præcipitarunt. Illi,
qui suos proximos persequuntur, per ipsorum
manus condemnabuntur: & in manus iustorū
tradet illos Deus. Nam qui proximos suos per-
sequun-

Lib. 4.

dialogorum.

6.30.

CONCIO VI.

120

sequuntur, quid aliud faciunt, quam foueā fodere, in quam per manus iustorum deiicien-
tur? Multū erant tumidi hi Babylonij, eō quod
populū Israel captiuum duxerat, & templum
Hierosolimitanum solo æquauerant. At cūm
varia sit temporum vicissitudo, nec misera ser-
uitus Israel erit perpetua, nec Babylon impu-
nè feret. Et ita S. Hieremias Propheta, qui de-
structionem Hierusalem prædictis, & proprijs
oculis suam calamitatem vidit: desolationem
Babylonis etiam prophetauit dicens: Hæc di-
cit Dominus exercituum, Deus Israel. Filia Ba- Ierem. 50.
bylonis, quasi area, tempus trituræ eius. Et quo
modo desolabit Deus Babylonem? Quasi cūm
segetes sunt in area, & superponitur tribulus,
tunc pabula tritissima manent: Sic faciet Deus
cūm euerterit Babylonē. Adhuc modicum, &
veniet tempus messionis eius. Comedit me, &
deuorauit me Rex Babylonis Nabuchodonosor.
Reddiderit me, &cæt. Propterea hæc dicit
Dominus: Ecce ego iudicabo causam tuam,
& vlciscar vltionem tuam. Erit Babylon in
tumulos, habitatio draconum, stupor & fibi-
lus: eō quod non sit habitator. Tu, o Babylon,
destruxisti Hierusalem: idem agetur tecum &
poenam talionis solues. Hi diri, & immanissi
mi Babylonij sumebant paruulos Hebræo-
rum, & adhuc lactentes, & collidebant eos
ad petras, & sic occidebant, & dilaniabant e-
os. Propterea dicunt nunc Hebræi: Beatus qui
tenebit & illidet paruulos tuos ad petram.)
Allidere est inuicem aliquid lædere. Sicut
ergo Babylonij sumentes paruulos Hebræo-
rum quatiebant, & impingebant eos ad parie-

Q. 4. tem,

IN PSAL. CXXXVI.

tem, idem Medicum ipsis fecerunt. Nam cum
Babylon fuit expugnata per Cyrum Medorum
Regem, allidebant etiam paruulos Chaldaeo-
Esaie 13. rum ad petras, secundum id quod Esaias pro-
phetauit, dicens: Onus Babylonis, quod vi-
dit Esaias filius Amos. Deinde vero postquam
grandem plagam superuenturam Babylonij
praedixit, subdit statim: Infantes eorum alli-
dentur in oculis eorum. Diripientur domus
eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce e-
go suscitabo super eos Medos, qui argentum
non querant, neque aurum velint: sed sagittis
paruulos interficiant, &cæt. Huiusmodi sunt
iudicia Dei, ut poena talionis eos puniat, qui
eiusmodi scelera machinantur. Pharaon ille

Exod. 1. Aegyptiorum Rex præcepit omnes lactentes,
statim cum nascerentur ex Hebreis, suffocari,
& in flumen projici. Ipse vero quam mortem

Exod. 14. obiit miser? In aquis maris Rubri submersus
est. Proximum tuum occidisti? occisus peri-

Iud. 1. bis. Alios suffocasti? suffocatus eris. Sic Deus
fecit Pharaoni. Adonibezec, Rex Chanaan fuit
captus in prælio a Iuda Principe, & moderato-
re populi Israel, eiusque pedum & manuum ex-
tremitates amputarunt: dixit Adonibezech:
Septuaginta Reges, amputatis manuum, ac pe-
dum summitatibus, colligebant sub mensa
mea ciborum reliquias. Sicut feci, ita reddidit

1. Reg. 31. mihi Deus. Planum est Saul magnum persecuu-
torem Dauid extitisse: & sic persecutus ipse
periret. Persecuti sunt eum viri sagittarij, &
vulneratus est a sagittarijs: ibique miseram vi-

2. Reg. 5. tam consummauit persecutus, qui tot tantis-
que laqueis insidiatus fuerat Dauid. Aman ille
super-

C O N C I O V I .

127

superbia tumidus concepit odium contra Mar
dochæum, qui consilio vxoris suæ, Zares, & a-
micorum eius, quoddam erexit excelsum pa-
tibulum, in quo suspenderet Mardochæum. Ita
ne, ô Aman, suspendium insonti paras? Suspen-
sus, & affixus patibulo morieris, quod alij pa-
raſti, versute. Sic Deus disposuit. Sicut Babylo-
nij allidebant paruulos Hebræorum ad pétras,
ita quoque suos infantes allident Medi ad pe-
tram: & quæcunque mala Babylonij faciebant
Hebræis, eadem soluebant poste à Medis. Hoc
vnum mihi credite, nec dubitandum est, Chri-
ſtum, qui summa veritas est, haud falli posse:
modò audite quid ipſe dixerit: Eadem mensu-
ra, qua alijs mensi fueritis, remetietur vobis.
Qui pepercerit proximo suo, parcet illi Deus,
qui vindictam sumpserit, Deus etiam se vindicabit.
Qui misericordiam habuerit, miserebitur illi Deus. Qui læserit proximum suum ma-
lè habebit. Qui in causis gerendis cum proxi-
mo suo rigidus se ostenderit, cum magna cen-
ſura iudicabitur ipſe. Nunc dico mihi, ô ho-
mo, vis ut rigida censura te iudicet Deus? Vis
in iudicium Dei incidere? nequaquam. Si sapis
ſic habes dicere. Quare ergo rigidum exacto-
rem præbes te ipsu Erga proximum tuum? I-
terum, ac iterum dico vobis, quod summa, &
infallibilis veritas Deus ipſe ait: Eadem men-
ſura, qua alijs mensi fueritis, remetietur vo-
bis. Quod ſi hoc ita ſe habet, vñ tibi, qui perfe-
queris illum absque detrimento tuæ iustitiæ.
Sic Deus recta, & inuiolabili censura iudica-
bit te. Quod ſi in manus Dei viuentis incide-
ris, durum eſt tibi, durum nimiste manetiū.

Heſt. 7.

Luc. 6.

IN PSAL. CXXXVI.

dicum, durus exitus te expectat, si rigidus censor extiteris. Quid tunc erit in magna multitudine vitiorum? Quid in illa copia lucrituris cupidorum? Quid in illa multitudine mendacium, & seductorum? Nos volumus alia mensura metiri, & alia ut nobis remetatur. Iudicium fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam, ait Iacobus Dei Apostolus. Ille diues avarus, de quo Euangeliū, qui erga mendicū Lazarū adēdō impiū se ostendit, cui eleemosynā efflagitanti, non impertiuit, verū postea in Inferno clamans diues, guttula aquæ, quam petebat, non cōcessa est ei. Sic obturatas inuenit aures Abrahæ suis clamoribus, sicut ille suas obturauerat ad vocem Lazari. Qui mendico anteā non suggellet, ipse egenus factus non est exauditus: nec ei subuentum est. Nam, ut dicit Sapiens: Qui obtpirat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Si cupis, ut misericordiam suam Deus faciat tecum, misericors esto. Vis pietatem in Deo inuenire? sic te ergz proximum geras oportet. Optas bonis affici? opitulare egeno, & pauperi. Duo enim sunt certissima, & quæ nullatenus deficere possunt. Illud primum est. Omnes esse morituros: & manus Dei viuentis peruenturos. Secundū vērō, & subsequens huic: Quod ea mensura, qua alijs mensi fueritis, remetietur vobis. Quod si hoc ita se habet, cur tyrannidem exerces? Cur truculentum, & asperum te præbes? Quare proximum tuum odio habes? Quare exossum, & malum illi ut adueniat exoptas? Talem inuenies tibi Deum in nouissimo die, qualē te pauperes, & mendici in hoc sæculo inuenerūt.

Si

Iac. 1.

Luc. 16.

Prover. 21.

CONCIO VI.

122

Si autem Deum benignum, pium, & misericordem volumus, & ne meminerit iniquitatū nostrarū, eodem modo geramus nos cum proxī mis nostris, pios, misericordes, pacificos, officiosos, gratos, modestos. At filij Israel quales inuenērūt Chaldaeos? Crudeles, impios, tyranos, & sui hostes: quorum indignatio eō peruenit, quod sumebant infantes eorum, & allidebant eos ad petram. Propterea filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi, &c. Eadē mensura remetietur tibi: & paruulos tuos allident ad petras, sine aliqua pietate. Magna quippe erat tyrannis, & effrenis ira Chaldaeorum, qui etiam erga paruulos, qui eos nunquam offendebant, suam diram exercebant insaniam, & furem: & sanguinem infontium fundebant. Quasi iracundus canis, qui rabie infectus lapidem mordet, omisso iaculatore: sic isti Babylonij iniqui, canes, & rabie infecti, viros quoq; fortes, & armatos, quos interficere non poterant omittentes, iram suā in paruulos exercebant. Sic in Euāgelio habetur; Herodē iniquū, & impium, fecisse, cūm iussit innocentēs in Bethlehem Iuda occidi; Vnū interea, & illud primū, quod irritat, & incendit iram læsi, aduersus hostem, & imponētem sibi, est, malitiam, & versutiā eius considerare, hoc est quod magis ad iracundiam prouocat illum. Quod si vindictā sumere valde nociuū, & impiuū est: nō nihil tamen excusationis habet sui peccati. Verū magis impiuū, & dolosum est, nulla data occasiōe, p̄ximū suū offendere. Quid est, q̄ infontē persequeris? Cur lædis, & interficiſ iustū? Sic fecerūt Chaldaei cum infantibus filiorum Israel. Sed nō im-

Matib. 2.

IN PSAL. CXXXVI.

punè tulerunt: nam eadem mensura soluerunt
debitum impietatis suæ, videntes paruulos suos
allidi ad petram. Beatus qui tenebit & al-
lendet paruulos tuos ad petram.) Nonnulli co-
ces habent. Paruulos suos: & sic communiter
legitur in plerisq; Breuiarijs, & antiquis psalterijs:
verum non sic se habet. Nam hic loqui-
tur in secunda persona: non autem in tertia, &
inter loquendum cum Babylone, dicit: Filia
Babylonis misera.) Et ideo, ut fiat optima con-
gruentia habet dicere, tuos. Cuiusmodi, Di-
uus Hieronymus vertit, & legit, & in Græco
habetur, τὸν παῖδα σὺ οὐ πέπος τὸν περγανόν. Hoc est,
paruulos tuos ad petram. Caueat ergo quisque
sibi, & qui proximum suum odio habet: quod
si modò Deus taceat, non tamen semper tace-
bit. Deus enim ut pius, & misericors dissimu-
lat, & tacet: sed obseruat, ut aliquando in nos
animaduertat. Ideoq; poenitentiam agere hor-
Psal. 74. tamur vos. Nam dicit Dominus: Cum accepero
tempus, ego iusticias iudicabo. & alibi: Nun-
Psal. 7. quid in æternum tacebo? Falsò putabant Chal-
dæi existimantes iam actum esse, & quietam
vitam agere posse, edentes & bibentes, longè
tamen eis euenit, ac sua ferebat opinio. Nam
præter spem ira Dei descendit super eos: & sa-
gittas suas Deus ardentes effecit, & arcum iu-
stitiae suæ vibrauit.

I. Reg. 10. Euenit, ut quidam viri Amalechitæ expolia-
rent, & destruerent Silec, & foeminas cum pue-
ris captiuas ducerent, quibus tamen epulanti-
bus, & festum diem celebrantibus malum eue-
nit. Nam irruit in eos Dauid, & milites eius, &
interficerunt eos & desolauerunt. Caueat
quis

C O N C I O VI.

123

quis neminem læserit, aut proximō suo malum fecerit, ne fortē ira Dei subito descēdat super eum. Quis enim peccauit adhuc proximū offendens, qui non soluerit? Occidit Caim A-
bel fratrem suum, & quo peruenit? ut interficeret eum Lamech. Nam qui alium occidit, non deest, qui illum interficiat. Pharaō Aegyptio-
rum Rex, persequutus Israel quonam ipse peruenit? Ut in mari rubro submergeretur. Abimelech persequutus est Sichem: & eum occidit quædam mulier mittens frustum molæ ex turri Thebis, & qui eius arma gestabat pugionis iictibus illum percussit, & necauit. Saul rex Israel summo odio persequutus est Dauid,
qui miseram mortem obiit in monte Gelboe,
seipsum interficiens. Persequuta est Iezabel E-
liam Prophetam, deinde precipitata, à canibus laniata est. Athalia regiam sobolem persequuta fuit, & omnes gladio necauit, quæ iussu summi sacerdotis Ioiadæ extra templū ducta, iictibus pugionis occisa est. Absalom patrem suum Dauid persequutus, eotandem peruenit, ut cri-
nibus in queru suspensus, tribus lanceis eius viscerat transfixerit Ioab: qui tātum doli orsus fuerat, ut patris regnum compilaret. Sēnacherib populum Israel persequutus est, & postea ab eis reportauit suæ audaciæ meritum. Nam in Iudæa labefactatus, & viēt⁹ est: & postquam in patriam suam peruenit, filij sui iictibus transfixerunt eum. Holofernes, & Aman persequuti fuēre populum Israel, quorum primus à foemi neo brachio truncatus, secundus patibulo af- fixus est. Persequutus est Antiochus rex do-
mum Iacob: qui tam misere vita defunctus est, 2. Mattha. 9.

*Gene. 4.**Exo. 14.**Iud. 9.**1. Reg. 31.**4. Reg. 9.**4. Reg. 11.**2. Reg. 18.**4. Reg. 19.**Tob. 1.**Iud. 13.**Hes. 7.*

Q 5


tam

IN PSAL. CXXXVI.

18.12.
Genes. 4.
tam graui affectus languore, ut sui non valeret
eius fætorem tolerare, sic miser spiritum exha-
lavit. Herodes ille Ascalonita qui paruulos in-
nocentes occidit (de quo Eusebius in historia
Ecclesiastica) vermibus scatens consumptus est,
& rabie affectus seipsum cultello transfixit. Et
alter ille Herodes Agrippa, qui decollauit Ia-
cobum Apostolum, & in vinculis D. Petrum
iniecit, hunc Angelus Domini occidit. Nullus
ergo existimet securè vitam degere, qui sangu-
inem insontium fundendo viuit, alienam glo-
riam labefactando: quoniam sanguis innocen-
tiuum clamat ad Deum, & iram Dei aduersus la-
befactores, & persecutores efflagitat: non se-
cūs ac sanguis iustus Abel quondam clamabat,
& vindictam illius sœui interfectoris postula-
bat. Et quemadmodum Chaldaei hostes Israel
non impunè tulerunt quos posteà Medi destru-
xerunt: sic nos sciamus horrendum Dei iudici-
um in nobis superuenturum cum alios perse-
quuti fuerimus. Ea tamē synceritate cordis vi-
uamus, ut cum mors aduenerit, & Deus ratio-
nem nobiscum posuerit: manus nostras alieno
sanguine infectas non inueniat, sed conscienc-
iæ puritatem, & animæ synceritatem, & ita no-
bis suam gratiam, & donum gloriae im-
pertiat. Qui est pius, & misericors
in sæculorum sæcula.

Amen.

F I N I S.







Jesus Maria

Buliniski

A

Buliniski





De Gērātōnē ex 3. gōma Aginatē.

Zv d Gērātōnē sōciatā docēs de aliquo
aliquo dōcēre. Subiectum autē illius est
verbū dēi. Subiectum autē sermonis ē intētio
prādīcādi. prādīcātōnē gesta sic fieri
posunt. Si sermo fiat de aliquā auctoritātē
bibliorū, vel sōntorū, tunc vobis
Gērātōnē ē, ut valēt excēat de ova pēliō
et in rōr resiliat audientib., vñ aliquādo
conādēt ēt ut pēlōrator loquatur qm
cū adhuc iationē. Nō iisi. Namq; lacū nō
dīfīnītōnē. Aliquādo cū dolore et lāntac-
tione, vñ ibi Abgalon pīlīmī. Abgal. Aliq;
cū horrore et cōmōtione, vt Nō. cōmōtō
fuerit, oēr sūmū pīlītō. Et loqū cū rōvōia
et abrīsōnē vt ibi. Stabū fūnās
simplītātē tua! Et loqū cū grā vulto et
manū attrāctōne, vt evante ostē ad mē.
Et loqū cū grādā clātōne, vt ibi. De terra loci
q;inguā venivit ad mē. Et loqū cū odī et
clāgationē, vñ ibi. Cōstītūm, nobis dūz.
Aliq; cū gāndī et manū elētationē, vñ
vēlētē bēndīcti pa. zt. Aliq; cū odī et
vulto auersōnē, vñ jēt māllō. Et si
dīcātōr dēbet cōformare gestū qdū
credēndū et dīcūm habētō se qdū dīxīt. Sol
et vēfficiēt templū. Ex his et sēcūlāb
q;inguā pēlōrator facili colligere posse
et aequare gesta, autē vera et cōmōtō
quæ sunt tāngūa cōstrūcta ipsū in
pērāndo diligētia.

¶ h̄is sermonēs apicā dīsunt pīlōrator
et cōpīcātōr audientib.

